In oppositum est Ar. i isto tractatu. omnes ergo ꝯia ⁊c. ⁊ capitulo tertio eiusdē ⁊ est ꝑma ꝓclusio eiusdē capituli. q̃ in oī transmutatiōe opz aliquid subijci. Si g̃ oīs factio est trālmutatio: sequit q̃ in omni factiōe aliqd ꝑsupponatur. ⁊ p ꝓns nō est possibile aliqd fieri de nouo: nullo subiecto ꝑsupposito. ¶ In ista qōne primo videdū est quid est dicendū ꝑm Ar. ¶ 3° videndū est qd̄ est dicendū ꝯ veritatem. ¶ Quantū ad ꝑmū sciendū est iuxta istaz mām: vt dicit Cōmētator tres fuerūt opiniones: nā aliq̃ dixerunt q̃ aliqd bene fit de nouo: ⁊ sīlr quodlibet: qd̄ fiebat: fiebat ex nihilo. Alij aūt dixerūt: nihil fieri de nouo simplr ⁊ nihil fieri ex nihilo: sed ex aliquo ꝑsupposito. ita q̃ in omni factione alicuius de nouo ꝑexistebat aliqd: ⁊ aliqd de nouo acquirebat. Clarius videdo de ꝑma opinione videndū est: qd illi antiqui opinabant: qr ipsi opinabant: q̃ nihil eēt cōpositū ex partib⁹ essentialib⁹: sed solū ex partib⁹ quātitatiuis: ⁊ qñ aliquid fiebat de nouo: nihil ipsius ꝑexistebat: sed ꝑm se totū caperet esse ex nihilo. ¶ Sed dices. qūo posset hoc esse: cū tū Ar. dicit: oēs antiquos ꝓcessisse nihil capere eē ex nihilo. Rndet q̃ verum est: ꝓout ly ex denotat mām: vel put denotat ordinē. mō qzuis antiq dixerunt aliqd fieri ex nihilo. put ly ex denotat mām. tū bene dixerūt quodlibet fieri ex aliquo: put ly ex denotat ordinē. vnde dixissent qñ cadauer fit ex homine: hoc est ex coruptione hoīs: sic q̃ nihil qd̄ est in cadauere ꝑsuisset. Sed cadauer ꝑm se totū caperet eē ex nihilo. put ly ex denotat māz existētē in ipso: ⁊ que prefuit in corrupto. Sed forte diceret aliqs. Si solū concessissent aliqd fieri ex aliquo: put ly ex denotat ordinē: non oportuisset eos ꝓcessisse gīationē vniꝰ eē coruptionez alteriꝰ. ¶ Rndet q̃ imo: vnde quū cadauer gīat opz aliqd corrūpi. nō pp hoc q̃ aliquid in gīato fit qd̄ ꝑsuit in corrupto: sed iō vt cadauer de nouo gīatū habeat locū: pp nihil aliud posuerūt gīationē vnius eē coruptionē alterius: nisi qr coruptio ꝑexistētis faceret locuz illi qd̄ de nouo fit. ¶ Adhuc diceres: possibile est q̃ aliqd in tātū condēset q̃ illud qd̄ fieret de nouo haberet locū absqz coruptione cuiuscūqz ꝑexistētis. ¶ Rndeēt antiq: q̃ non: qr tandē fieret tāta ꝓdensatio: q̃ non possent manere entia nālia nec exercere opationes sibi debitas. ¶ De secta secūda. Qui posuerūt nihil fieri de nouo simplr ⁊ q̃ nihil fieret ex nihilo. ⁊ ꝑmo ꝑsupponebant q̃ nunqz aliqd dr fieri simplr: nisi qñ aliqd capit eē post qz nō fuit. ¶ 2° supponebāt q̃ mā pōt se hīe aliter nūc qz priꝰ. sicut pz de cera. que nūc est imago hoīs: ⁊ postea ē imago eq. ¶ 3° supponebāt. q̃ istud aliter se hīe illius māe esse posset: absqz hoc q̃ aliq̃ res sit noua in mā: que prius nō erat in ea: sicut pz de cera. Cera eni solū per motū localē suarū ptiuz est imago equi: ⁊ postea imago hoīs. ¶ 4° supponebāt q̃ omne qd̄ fit fit de nouo ex aliquo presupposito ⁊ ipsi imaginant q̃ nihil fit de nouo simplr: nā qzuis materia se habeat nūc aliter qz priꝰ: tū qr illud aliter se hīe nō est aliqua res supaddita māe p vnā suppositionē: g̃ non pp hoc opz eē aliqd gīatū simplr: nā p vnaz suppositionez nunqz aliqd fit simplr: nisi quū aliq̃ res de nouo est: que prius nō erat. Ulteriꝰ dicebāt q̃ quodlibet fieri nō eēt aliud qz mām aliter se hīe qz prius se hēbat: ⁊ ꝑm istaz opinionē dicerēt q̃ tota ꝓba rerū nāliū eēt mā. ¶ 2° dicerent totū qd̄ est infra cōcauū orbis lune eē vnū cōtinuum. s. vnā māz ꝓtinuā: que tū ꝑm alias eiꝰ ptes aliter se habet: pp qd̄ ꝑm vnā eiꝰ ptē vocat aq̃. ⁊ ꝑm aliā ignis. ⁊ ꝑm aliā terra. ⁊ ꝑm aliā hō ⁊c. sicut vnꝰ paries ꝓtinuꝰ ꝯz vnā ptez: dr albus: ⁊ ꝑm aliā niger. ¶ 3° ꝑm istā opinionē cōcederēt q̃ nihil eēt cōpositū ex ptib⁹ eēntialib⁹: sed solū ex ptibus quātitatiuis. ¶ 4° ꝓcederēt oīa ifra ꝓcauū orbis lune eē vnū. ¶ 5° ꝓcederēt hoc eē imobile: ⁊ quū Ar. arguebat ꝗ hīe ptes: ꝓcedebāt: ⁊ vltra: qñ arguebat: g̃ infra cōcauū orbis lune sunt multa. Rndebāt q̃ verū est: sed nō seorsum exūtia. Et nō est dubiū: gn hoc bñ concessissent antiq: q̃ sic est multa: qzuis posuerūt vnū ens seorsuz existēs: ⁊ sic q̃ illud nō erat ps alterius: ⁊ sic pz q̃liter potuissent soluisse rōnē Ar. ꝯ eos. Quapropter ex multitudine partiū multa eēnt: vnde nō fuerūt ita fatui q̃ posuissent oīa vnū idiuisibile: Sic g̃ vise sūt due vie iuxta māz qōnis.

Quantum ad scd̄m restat videre opinionē Ar. que tenet mediū. ¶ Pro quo ē sciēdū q̃ fieri dr pluribꝰ modis. Aliqñ eni fieri attribuit ꝓcedētib⁹ factionē: vt quū dicimꝰ hō fit musicꝰ: vel quū dicimus mā fit formata: tali vl tali foꝛa. Et qd̄ sic fit: pz q̃ nō fit ex aliquo: nā mā sic fit. ⁊ nō fit ex aliquo. ¶ 2° fieri accipit put attribuit sequētib⁹ factionē de his que ꝑmo mō fiūt. ¶ 2° notandū q̃ quū dicimꝰ aliqd fieri ex aliquo diuersimode ista dictione ex vtimur. ¶ Aliqñ eniz vtimur ea put notat agēs: vt quū dicimꝰ filiū fieri ex patre. Et sic accipiēdo ly ex nō est dubiū: gn oē qd̄ fit: fit ex aliquo agēte. ¶ Aliqñ vtimur ista dictione ex ꝓout denotat terminum a quo distinctū a subiecto. ⁊ sic accipiendo ly ex nō

quodlibet quod fit: fit ex aliquo: patet: naz lumen: quod fit de nouo in aliquo medio: nõ fit ex aliquo disticto ab aere ꝛc. ¶ Aliqñ vtimur hac dictione. ex. put parte integrantem notat. Et sic iterũ nõ qõlibet qõ fit: fit ex aliquo: nam forma fit: ꝛ nõ fit ex aliquo integrante ipsam: ex eo q̃ est essentia simplex ꝛ hoc pz maxime de aia itellectiua que ponit indiuisibilis. ¶ Aliqñ vtimur hac dictione: ex. put denotat sbm psuppositũ: ex quo vel in quo fit illud. Et sic accipiendo ly. ex. ponit ista cõclusio ꝑm Arist. Necesse est q̃ omne qõ fit fiat ex aliquo: patet: naz omne quod fit est substãtia: vel accidens. Si accñs: cũ accñs nõ possit eẽ sine sba: sequit q̃ ipm fit ex aliquo psupposito: capiendo ly. ex: quarto mõ. Si aũt est substãtia: tũc iterũ pz per inductionẽ q̃ omne qõ fit: fit ex aliquo. pz tam de simplicibus q̃z de mixtis. Si eniz fit aqua: vel fit ex aere: vel igne: vel terra: vl' ex aliquo alio. Si aũt est sba mixta: tunc iterũ fit ex aliquo: sicut pz de plantis: ꝛ de aialibus: que fiunt ex semine ꝛ nunq̃z visum est q̃ aliqua sba eẽt que nõ esset vel fieret ex aliquo psupposito. ꝛ semp visuz est de his que fiebant: q̃ ex aliquo psupposito fiebant: ergo ꝓcedendũ est omnẽ sbaz que fit ꝛ oẽ qõ fit ꝑm Arist. fieri ex subiecto psupposito: ꝛ ita arguendo sufficit in scientia nãli: nam simili mõ ꝛ nõ aliter possumus probare omnẽ ignẽ esse calidum: vt sic arguendo. Iste ignis quez sentio est calidus: ꝛ oĩs ignis: quẽ vnq̃z sensi erat calidus: nec vnq̃z experiebar oppositũ: ꝓcludo ergo q̃ oĩs ignis est calidus: vnde in ꝓbando ꝓnes in scia nãli: que capiũtur per experientiaz: opz sic arguere. Sic ergo concederet Ar. q̃ omne qõ fit: fit ex aliquo psupposito ꝛ nõ est dicẽdum aliquid fieri nisi ex aliquo presupposito.

Quantuz ad tertiũ suppono ꝑmo q̃ factio extendat se ad creationẽ: ꝛ ad gĩationẽ. ¶ 2ª suppositio q̃ dĩa sit inter gĩationẽ ꝛ creationẽ: silr inter annihilationẽ ꝛ corruptionez: vnde tunc aliqd dr̃ crearĩ: qñ scõm se totũ ꝛ qõlibet sui incipit eẽ de nouo. Et tunc dr̃ aliqd annihilari qñ desinit esse ꝑm se: ꝛ qõlibet sui: nec aliqd manet: qõ fuit eius pars: vel in quo fuit. Et tũc aliquid dr̃ corrũpi: qñ aliqd derelinquit: qõ fuit pars illius qõ corrũpitur: vel sbm eius: ita q̃ breuiter in descriptione quid noĩs illius term ini creatio ꝛ etiam annihilatio nõ includit nomẽ materie psupposite. Sz in descriptione gĩationis vel corruptionis: bñ icluditur. ¶ Tunc sit prima ꝓclusio: q̃ aliqd põt fieri: nullo subiecto psupposito: pbatur: nam aliqd põt crearĩ: ergo aliqd põt fieri nullo sbto psupposito: ꝓntia tenet ex quo fieri extendit se ad crearĩ. Antecedẽs pz: nam deus: cum sit absq̃ ꝓportione: potentior agente nãli: põt facere aliqd ex nihilo. ex quo aliquod agens nãle põt facere aliqd ex aliquo. ¶ 2° naz deus põt aliqd annihilare: ergo põt aliqd creare: ꝓntia tenet: antecedens ꝓbat: nam in prima parte ꝓportionabili alicuius horẽ põt aerem aliquẽ rarefacere ad duplũ ꝛ in 2ª parte ꝓportionabili illi⁹ horẽ ad quadruplũ ꝛ sic vltra vsq̃z ad finẽ illius horẽ: ille aer erit annihilatus: q̃ per talem rarefactionẽ factũ est vacuum. Et pro ista ꝓne pñt adduci rõnes posite ante oppositũ: qbus probatur Deum posse facere aliqd ex nihilo. ¶ 2ª ꝓclusio: q̃ nihil põt gĩari ex nihilo: pbatur ex quid noĩs gĩationis. Implicat enim ꝓdictionẽ: nam est sensus: aliqd gĩatur ex nihilo. i. aliquid gĩatur ex aliquo: sed a nullo põt fieri: qõ implicat ꝓdictionez. ergo ꝛc. ꝓntia tenet: 2ª pars antecedentis cõiter cõceditur. ꝛ prima pars pz ex suppositione vna. ¶ 2° impossibile est fieri transmutationẽ aliquã nisi aliqd psupponat: sz oĩs gĩatio est trãsmutatio: ergo ꝛc. maior est nota: nam si est trãsmutatio tunc ex quid noĩs transmutationis: aliqd transmutat manens sub vtroq̃z termino: ergo illud quod est: psupponit: vt pz de se. ¶ 3ª cõclusio est q̃ nihil põt corrũpi: nisi aliqd remaneat: hoc patet silr ex qd nominis corruptionis simplr. ¶ Quarta ꝓclusio q̃ deus nõ põt angelũ ab eo creatũ corrũpere: probatur: naz angelus est indiuisibilis: ergo si desinit eẽ nihil eius manet: ꝛ per ꝓns nõ corrũpitur: qr̃ oporteret aliquid manere ꝛ aliqd dimitti. s. mãm. ¶ 5ª cõclusio q̃ deus angelum ab eo creatũ põt annihilare patet: qr̃ põt eum facere nõ esse simpliciter sicut fecit ipsum.

Ad rationes principales. ad ꝑmã cõceditur q̃ ista est falsa. ex nihilo nihil fit. sicut probatur: sed ꝓceditur ad istum intellm ab Ar. ꝛ ab alijs: q̃ nihil. i. nulluz ens fit ex nihilo. ¶ Ad 2 am de aia intellectiua dico q̃ ista bñ probat aliqd fieri ex nihilo ab agente supnãli: nõ tñ ab agente nãli. ¶ Ad tertiã de alijs formis: dico q̃ oẽs fiunt ex aliquo. put. ex. denotat materiam. in qua vel ex qua aliqd fit: cum hoc tñ bene stat q̃ fiant ex nihilo: saltẽ aliq̃ eaz: put. ex. denotat terminũ a q̃ distinctũ a materia: de quo postea diffusius dicẽt. ¶ Ad quartũ dico q̃ fit ex ente: ꝛ qñ dicebatur: ens esset anteq̃z fieret: ꝓceditur: q̃ bñ est ens antea: sz nõ illud ens: qõ de nouo fit. ꝛ qñ dicebat ex aiali non fit aial: tanq̃z ex subiecto presupposito: ergo nec ex ente: nõ valet ꝓntia. ¶ Ad quintã mã fit. Quid sit dicendum: pz ex qõne. ¶ Ad 6am dico q̃ bene pbat q̃ aliqd fit ex nihilo terminatiue: cum quo tñ stat q̃ omne quod fit: fit ex aliquo presupposito: alie rationes patent.

Tex. cõmenti. lx.

¶ Determinatis igitur his ex omnib' que fiunt ꝛc. Questio. xv.

Queritur vtrũ cuiuslibet trãsmutationis mã: sit ꝑnm. Et arguitur q̃ nõ: qr̃ illud qõ nõ est: nõ est ꝑnm alicuius. Sed mã nõ est: ergo maior est nota: ꝛ minor pbatur. quia mã: nec est qd: nec quale: nec quantũ. per Ar. 7°. metaꝛc. Sed omne qõ est: est aliqõ istor: ergo. ¶ Cõfirmat illõ qõ taliter est qualiter: antichristus nõ est: sed mã est hõ: ergo maior est nota: eo q̃ antichristus nõ est: minor pz: qr̃ mã est ens in potentia: sicut antichristus: ergo. ¶ Confirmat 3° qr̃ si materia esset ens: sequeret q̃ ex ente per se fieret ens: ꝓns falsuz: ꝛ ꝓntia tenet: ex eo q̃ ex mã per se: fit aliquid: falsitas ꝓntis pbatur: qr̃ si ex ente per se fieret ens: tũc hec esset per se vera: ex ente fit ens: ꝛ cuz per se dicat de omni tũc ex omni ente fieret ens: ꝓns falsuz: ex eo q̃ ex deo nõ fit aliqd: licet bñ ab eo fiat aliquid. ¶ Confirmat 4°: naz illud: qõ est mediũ: inter esse: ꝛ nõ esse. nõ est ens. ex eo q̃ esse: ꝛ nõ esse ꝓtradicunt. ꝓdictio aũt est cuius scõm se nõ est dare mediũ. Sed mã ꝑm Cõmenta. est mediũ iter esse ꝛ non esse: ergo ꝛc. ¶ 2° ad principale arguit sic: nam ꝑm Cõmẽta. primo huius: ꝑnª rerum nãlium debent esse cõmunia oĩbus rebus gĩabilibus ꝛ corruptibilib⁹: sed sic nõ est de mã: qr̃ nõ est eadem mã oĩum gĩabiliũ ꝛ corruptibiliũ. Alia eniz est mã mea. ꝛ alia mã tua. ¶ 3° mã est gĩabilis: ergo mã nõ est ꝑnm: saltẽ subiectiuũ talis transmutationis: qua ipsa gĩatur: illud enim qõ fit gĩatur sicut forma: vel cõpositũ non est subiectiuũ ꝑnm talis gĩationis ꝛ factionis. antecedens pz per Ar. ꝑmo huius dicentẽ: in omni trãsmutatiõe: opz aliqd subijci qõ fit ꝛ ecõuerso. Et Cõmẽta. sup illo dicit q̃ mã est illud: qõ in rei veritate gĩatur. ¶ Quarto mã non est ꝑnm motus localis: ergo questio falsa: ꝓntia tenet: añs pbatur: nam celuz mouetur localiter in quo tñ nõ est materia: ex eo q̃ celuz est ingĩabile ꝛ incorruptibile: vt habet 2° de celo ꝛ mundo. ¶ 5° nam trãsmutationis accidẽtalis sicut est albefactio ꝛ calefactio mã nõ est ꝑnm: ergo non cuiuslibet trãsmutationis ꝛc. ꝓntia tenet. añs pbatur: nam mã nõ est illud: qõ albefit: vel frigefit: sz cõpositũ: ergo. ¶ 6° si questio esset vera: sequeretur q̃ cognitio trãsmutationis dependeret ex

Tex. cõ. 8.

Tex. cõ. 60.

Tex. cõ. 1.

penderet ex cognitione mãe: sed ꝗ̃ ꝗ mã nõ est per se cognoscibilis. Dicit enim Aꝛ. q̃ cognoscit̃ per analogiaꝫ ad formã: hoc est in cõparatione ad formaꝫ: ⁊ per ꝓñs nõ est p̃n̄ cognoscendi trãsmutatio: ꝓñtia tenet ex eo q̃ cognitio principiatoꝫ dependet ex cognitione p̃ncipioꝝ: g̃ ⁊c.

Tex. cõ. 60. **In oppositum** est Aꝛ. tractatu penultimo istius libri. ¶ In ista q̃one p̃mo videndũ est vtrũ mã sit ens: de quo tangebat in p̃mo argumẽto. ¶ 2° videndũ est vtrũ sit vna mã oium generabiliũ ⁊ coꝛruptibiliũ: de quo tãgebat in 2°. ¶ 3° vtꝛ mã sit gñabilis: de quo tangebat in 3°. ¶ 4° videndum est de q̃sito: de quo tangebat in 4°. ⁊ 5° argumẽto. ¶ Deinde in alia q̃one videbit̃ vtruꝫ materia sit per se cognoscibilis: de quo tangebatur in vltimo argumento principali. ⁊ sic consequenter sequitur ⁊c.

Quantum ad primuꝫ sit prima distinctio q̃ eẽ in actu intelligit̃ dupliciter. vno mõ esse in actu formali. Alio mõ in actu p̃sentie. i. q̃ p̃sentialiter sit. ¶ 2ª distinctio: q̃ aliquid dicit̃ esse in poª triplici ter: vno modo: qd̃ nõ est: sed põt esse: ⁊ isto mõ dicit̃ antichristus in poª ⁊ sil̃r forma gñanda: ⁊ hoc vocat̃ in potẽtia obiectiua p̃m antiquos. ¶ 2° mõ dicit̃ aliqd in poª receptiua alicui⁹ ex quo vna cũ ipso cõponit̃ aliquid: qd̃ ẽ hoc aliqd in actu: ⁊ ista vocat̃ poª subiectiua: ⁊ isto mõ dicimus mãm esse in poª. ¶ 3° mõ aliqd dicit̃ esse in potentia: qꝛ est pars alicui⁹ qd̃ est per se hoc aliqd. ⁊ per separationẽ ab illo põt fieri hoc aliqd: ⁊ isto mõ ptes quãtitatiue dicunt̃ esse in poª hoc aliqd. nã q̃ꝫdiu sunt in cõtinuo nõ sunt hoc aliqd: sed per separationẽ eaꝝ abinuicẽ: quilibet eaꝝ fit hoc aliqd in actu: qꝛ fit seoꝛsum existens: ⁊ q̃ñ est seoꝛsum existẽs: ⁊ nõ existẽs pars alicuius alteri⁹ tunc dicit̃ hoc aliqd. Unde notãdũ q̃ de nullo ppꝛie dicimus q̃ sit hoc aliqd: nisi de hoc qd̃ est seoꝛsum existens: ⁊ ẽ ista ⁊ sic est existens: qd̃ nõ est pars alteri⁹: qd̃ sit per se vnum. sicut est soꝛ. vel plato. vnde soꝛ. est sic existẽs q̃ non est ps alicuius alterius: qd̃ sit per se vnũ: ⁊ notãter dixi q̃ non est per se vnũ: nã soꝛ. q̃ꝫuis dicat̃ seoꝛsuꝫ existere: est tñ ps vniuersi seu mundi: qd̃ qdẽ vniuersum nõ dicit̃ p̃ se vnũ sed ens aggregatũ. Ex hoc pꝫ q̃ nihil qd̃ est ps alicuius: qd̃ est per se vnũ est hoc aliqd in actu: q̃ꝫuis aliqua taliũ bene sint hoc aliqd in poª: sicut sunt partes quantitatiue cõtinui: aliqua aũt nõ sunt hoc aliqd in actu nec in poª: nec possunt esse nãliter sicut mã ⁊ forma. ¶ Tunc sit prima ꝛclusio: mã est ens: pbat: nã aliquod ens cõponitur intrinsece ex mã ⁊ forma: mõ nullũ ens ĩtrinsece componit̃ ex nõ ente. ¶ 2ª ꝛclusio: mã nõ est hoc aliqd: pbat: nã quelibet mã est pars alicuius qd̃ est per se vnũ. g̃ mã nõ est hoc aliqd: ꝓñtia tenet per descriptionẽ de hoc aliquid ⁊ antecedẽs pbat: qꝛ nulla mã põt eẽ sine forma. Sed q̃ñ cunq̃ mã est cũ forma ex eis cõponit̃ vnũ qd̃ est hoc aliquid: cuius mã est ps: pꝫ per Aꝛ. volentem mãm nunq̃ꝫ esse sine forma. ¶ 3ª cõclusio: mã nõ põt esse hoc aliqd nãliter: pꝫ qꝛ nãliter mã nõ potest esse nisi sit pars alicuius totalis substãtie ⁊ per se seoꝛsum existẽtis. Sed q̃ꝫdiu sic se hꝫ: ipsa nõ est hoc aliqd: pꝫ per descriptionẽ de hoc aliquid. ¶ 4ª cõclusio si per imaginationẽ possibile ⁊ vel impossibile mã esset sine forma: ipsa esset hoc aliqd: pꝫ: nam ipsa esset tũc sic q̃ nõ eẽt pars alicui⁹ alteri⁹ vnde si p imaginationẽ a totali mã possent esse separate omnes forme totales: mã prima que est in ꝛcauo orbis lune esset ꝗ̃ aliquid ⁊ eẽt vnũ ꝛtinuũ: nã tunc ipsa esset vnũ ens: qd̃ nõ esset pars alicuius qd̃ est per se vnũ: ⁊ esset figure circularis: quã quidẽ nõ haberet a se: sꝫ haberet a ꝛtinẽte: ⁊ nisi hoc esset q̃ nã abhoꝛreret vacuũ: ipsa posset tũc cõprimi ⁊ ꝛdensari: nõ ad tam paruã quãtitatem quin minoꝛẽ sine aliqua resistẽtia pp hoc q̃ ipsa est infinite passibilitatis coꝛrespõdens primo agenti qd̃ est infinite actiuitatis ⁊ cũ cuilibet potẽtie actiue coꝛrespõdet potẽtia passiua.

Juxta istã imaginationem põt inferri q̃ q̃ꝫtuꝫ est ex pte mãe: omnia existẽtia infra concauũ orbis lune eẽnt cõtinuũ. ¶ Ulterius vltra istã imaginationem posset dubitari: posito q̃ tota mã eẽt nuda: ⁊ repleret totũ: qd̃ est infra cõcauũ orbis lune: ⁊ poneret vlterius q̃ sursum trahere tur ⁊ causaret vnũ graue simplex: vtrũ descenderet tanta velocitate: sicut in vacuo. ¶ Ad ꝗ̃ põt rñderi q̃ sic: pp hoc qꝛ ex quo mã est infinite passiuitatis: ipsa nullo mõ resisteret: ⁊ per ꝓñs illud graue descẽderet ita velociter per illud medũ sicut per vacuũ. ¶ 5ª conclusio: q̃ nulla forma gñabilis ⁊ coꝛruptibilis est hoc aliqd: nec põt eẽ hoc aliquid nãliter: pbat: nam nulla forma gñabilis: siue coꝛruptibilis: siue sit substãtialis siue accidentalis: est sine mã: nec potest esse sine mã: erg. onunq̃ꝫ est nec põt eẽ hoc aliquid antecedens cõcederet Aꝛ. ⁊ ꝓñtia tenet per descriptionẽ de hoc aliquid. ¶ 6ª ꝛclusio: mã non est ens in actu formali de se. pbat: nã mã quãtũ est de se: indifferens est ad omnẽ formã: ergo quãtũ est de se nõ plus est in actu formali p vnã formã: q̃ꝫ per aliã: ⁊ ipsam eẽ in actu formali ẽ ipam esse partẽ alicuius cõpositi: qd̃ ẽ de vna determinata specie substãtie: mõ hoc nõ hꝫ ex se: sed hꝫ ex forma. ¶ 7ª cõclusio: q̃ mã est ens in actu p̃sentie: pꝫ: naꝫ mã p̃ñtialiter est: ex quo est ens: ergo ꝛclusio vera. ¶ 8ª cõclusio: mã nõ est ens in poª obiectiua eo mõ: quo antichristus dicit̃ esse in poª: vel forma gñanda: nam mã est ppetua p̃m phm. Sed si esset sic in poª non esset perpetua: g̃ conclusio vera. ¶ 9ª cõclusio: mã est ens i poª receptiua forme generãde: pꝫ nã põt recipere formã gñandã: ex qua vna cuꝫ mã fit substãtia composita. Q̃ aũt quãcũq̃ꝫ formã gñandã possit recipere: pꝫ: qꝛ si non: tunc sua passiuitas eẽt terminata: ⁊ nõ eẽt infinita: qd̃ est ꝗ̃ dicta prius: ipsa enim cuiuscũq̃ꝫ forme est receptiua: cuius p̃ma cã est pductiua. ¶ Decima ꝛclusio: mã est ens in poª capiẽdo ens in poª 3° mõ: scilꝫ qd̃ est ⁊ potest esse pars alicuius cõpositi: ita q̃ mã dicat̃ in poª respectu forme: capiendo tñ in poª vt sit ps compositi. ¶ Notandũ tñ: q̃ mã sic nõ dicit̃ in poª sicut ptes quãtitatiue: cũ sint partes: nã ille q̃ꝫuis nõ sint hoc aliqd in actu: possunt tñ esse hoc aliquid in actu. ⁊ sic nõ est de mã: qꝛ mã nõ potest esse hoc aliqd nãliter vt dicebat̃: sed ipsa bene sic dꝛ ens in poª vt sit ps compositi: ⁊ oẽs iste rñsiones deberẽt itelligi de mã ppꝛie dicta: ⁊ hoc de p̃mo.

Quantum ad scõm sit p̃ma ꝛclusio: q̃ mã nõ est vna omniũ gñabiliũ ⁊ coꝛruptibiliũ: pꝫ: nã mã mea: nõ est mã tua: ⁊ nos sumus res nãles ⁊ coꝛruptibiles: ⁊ aliquãdo gñabiles. g̃. ¶ 2ª cõclusio: oium que successiue gñant̃ vnũ ex alio: mã est vna: pꝫ: naꝫ si ex igne fit aqua: tunc eadẽ mã: que prius erat ipsi⁹ ignis postea est ipsius aque. ⁊ sic vltra. Si ex aq̃ fiat terra: vl̃ aliquid aliud. Sed dices ꝗ̃. nã tunc esset possibile q̃ mã aliqua eadẽ esset successiue pluriũ hominũ: nam p̃mo posset eẽ mã vnius hominis: quo coꝛrupto esset mã cadaueris: quo coꝛrupto forte fieret mã alicui⁹ herbe: que comederet ab homine: q̃ coꝛrupta: fieret mã cineris: quo coꝛrupto fieret iterũ mã hominis. Sed falsitas pbat: qꝛ tũc in nouissimo die. s. in resurrectione mortuoꝝ. cum quilibet homo hꝫet mãꝫ suã ⁊ reciperet eam: plures hoies haberent eandẽꝫ mãm. mõ hoc est ipossibile: qꝛ quoũlibet pluriũ hominuꝫ sunt plures mãe. Breuiter de hoc phs se expediret: negãdo resurrectionẽ mortuoꝝ. Sed qd̃ de hoc dicerent theologi: de hoc me nõ intromitto. ¶ 3ª cõclusio est p̃m istũ modũ loquendi quo dicimus nos tangere parietẽ: quũ tãgimus aliquã eius ptẽ: põt ꝛcedi q̃ mã est vna in oibus: pꝫ: nã scõm talẽ modũ loquẽdi totalis massa mãe est in me: qꝛ p̃m aliquã ei⁹ partẽ ⁊ totalis in te: qꝛ p̃m aliã eius ptẽ. ⁊ est ꝛsimilis modus loquẽdi. sicut si sortes sit pro medietate in aqua: ⁊ pro medietate in aere diceremus soꝛ. esse in aqua: similiter diceremus ipsum esse in aere.

Quantũ ad 3m sciendũ est q̃ aliqd dr fieri vel generari tripliciter: vno mõ: qr ẽ ante nõ fuit. ¶ 2o mõ qr fit alicui9 pars de nouo cuius prius non erat. ¶ 3o mõ qr nunc est aliqua ei9 pars de nouo q̃ cuius antea fuerit ab eterno. ¶ Tũc sit p̃a ꝛclusio q̃ mã non est gñabilis nec factibilis p̃mo mõ: pz: qr mã est eterna. ꝛ ex alio: qr illud qd fit: fit ex mã p̃supposita per precedentẽ cõclusionẽ. mõ si mã fieret ex mã p̃supposita seq̃ret processus in ifinitũ in materijs. ¶ 2a ꝛclusio. mã bñ fit ꝛ generatur 2o mõ. patet: qr ipa de nouo fit pars alicuius cõpositi: cuius prius nõ erat pars. ¶ 3a ꝛclusio. mã nõ generat tertio mõ: patet qr nihil gnerat nisi substãtia cõposita ex mã p̃existenti eternalit: ꝛ ex forma de nouo generata seu genita. Iste tres ꝛclusiones solent poni sub his verbis. mã non est generabilis terminatiue. mã est generabilis subiectiue. mã non est gñabilis cõpletiue. vnde generari terminatiue attribuit forme. generari subiectiue mãe. generari aũt cõpletiue toti cõposito ꝛc.

Quantũ ad 4m sciendũ est q̃ hoc nomẽ mã capitur dupliciter: ppꝛie ꝛ ip̃ꝛopꝛie: ppꝛie capitur mã: de qua dictũ est per totũ diem: ip̃ꝛopꝛie mã dr que est subiectũ motꝰ localis isto mõ celũ potest dici materia. ¶ 2a distinctio: subiectũ transmutationis dr illud qd manet sub vtroq; termino trãsmutationis: ꝛ quoddã dr mediatũ: ꝛ qdã imediatũ. ¶ Tunc sit p̃a ꝛclusio q̃ nulla mã est subiectũ cuiuslibet transmutatiõis: patet qr que est parisius nõ est subiectũ illius que est rome. nec ecõuerso. ergo. ¶ 2a ꝛclusio: nõ cuiuslibet trãsmutatiõis accipiendo mãm ppꝛie mã est subiectũ imediatũ: patet: qr nec motus localis ipsius celi: nec ẽt motꝰ localis ipsi9 sol. mã est subiectũ imediatũ. ¶ 3a ꝛclusio: nec mã cuiuslibet transmutatiõis est subiectũ mediatũ: patet ex eo: qr nõ est motus localis ipsius celi ꝛc. ¶ 4a ꝛclusio q̃ materia ppꝛie accipiẽdo mãz cuiuslibet motus localis alteri9 a celo ipsa est p̃ncipiũ subiectiuũ mediatuz: patet ex eo q̃ quodlibet aliõ: qd mouet localiter hãc mãz ppꝛie dictã. ¶ 5a ꝛclusio q̃ cuiuslibet transmutatiõis sbalis: mã p̃mi dicta est subiectũ imediatũ. patet: qr ipsa est illud qd manet imediate sub vtroq; termino transmutationis. 2o: qr in cõceptu diffinitiuo transmutationis sbalis cõceptus materie ppꝛie dicte includit de quo prius dicebat. ¶ 6a ꝛclusio accipiendo mãz large cuiuslibet transmutatiõis mũdi: mã est principiũ: seu subiectũ subiectiuũ. patet: nã ois trãsmutatio nãlis vel est generatio vel corruptio: vel augmentatio: vel diminutio: vel alteratio: vel loci mutatio. mõ cuiuslibet transmutatiõis istoꝛ mã est subiectuz accipiendo mãz large: prout non solũ extendit se ad mãz ꝛopꝛie dictã: veruz etiaz ad mãz seu ad subiectũ motus localis. ex hoc patet itelligẽdo de p̃ncipio passiuo ꝛ subiectiuo ipsius transmutationis vel passionis ꝛc.

Ad rationes p̃ncipales. ad primã quãdo dicitur mã nõ est ens: negat. ꝛ quando dr nec est quid: nec quale: nec quantũ. dico q̃ debet itelligi q̃ mã non est hoc aliquid: nec de se qualis: nec de se quanta. hoc est q̃ nõ determinat sibi q̃ sit talis: vel talis: neq; sit tanta ꝛc. sed taliter a forma determinat: que recipit in ea: vnde materie quantũ est de se nõ repugnat nõ esse calidã: vel frigidã: vel pedalẽ: vel bipedalẽ: hmõi tũ hoc sibi repugnat rõne forme substãtialis. que recipit certã dispositionẽ i q̃litatib9 ꝛ certã magnitudinẽ ꝛ paruitatẽ. sicut dicebat i q̃one de maxio ꝛ minio. ita q̃ mã: nec est quid nec qualis ꝛc. idest non determinat sibi aliquã formã sbalẽ. nec aliquã formã accidẽtalẽ: sz ad quãlibet: quantũ ex parte sui est: ipsa est indifferens: cuz hoc tũ stat q̃ ipa sit ens. ¶ Ad 2as ꝛfirmationẽ. illud qd est in pura potẽtia: illud nõ est: verũ est: q̃ est in potentia obiectiua: sed tũ quod est in potentia receptiua bene est sicut materia: de qua dictũ est in q̃one. ¶ Ad tertiã ꝛfirmationem: tunc ex ente per se fieret ens: concedo: ꝛ qñ dicebat: tunc hec esset per se vera ex ente fit ens: negatur quãuis bene sequeretur: si ꝛcederetur ex ente fit ens per se. vñ p̃a est in sensu diuiso. 2a est in sensu composito. Unde q̃ cuius ex albo per se fiat musicum per se: tũ falsuz est q̃ ex albo per se fiat musicuz. Et q̃ p̃a sit vera pz qr ex musico fit per se musicũ. ꝛ si illud idez musicũ est albũ: tunc ex albo per se fit musicũ. ¶ Ad 4am ꝛfirmationẽ dico: q̃ cũ Cõmẽtator dicit mãm esse medũ inter ens: ꝛ nõ ens: intelligit mãm esse iter nõ ens simplr: ꝛ ens i actu. qr mã: nec est non ens simplr. nec ens in actu hoc aliqd. ¶ Ad 2am ꝛncipale qd fit dicẽdũ: pz ex sẽdo articulo. ¶ Ad 3am patet quid sit dicendum ex tertio articulo. ¶ Ad 4am ꝛ ad quintã patet quid sit dicendũ est 4o articulo. ¶ Ad 6am patebit solutio in sequenti questione.

Tex. cõmenti. lxix.

¶ Subiecta autem natura scibilis est ꝑm analogiam ꝛc. Questo. xvj.

Queritur sextodecimo vtrũ mã prima sit p se cognoscibilis: ꝛ arguit primo q̃ sic: qr si nõ: tunc videret esse, ppter hoc q̃ nõ esset tãte actiuitatis: q̃ posset manere ꝛ agere in itellectu in tũ: q̃ intellectus eam itelligeret: ꝛñs est falsum: ꝛñtia tenet: qr cõmuniter dicit mãm non esse per se intelligibilẽ, ppter hoc: qr tunc moueret itellm: ꝛ sic esset actiua: quod etiã reputatur falsum. Sed falsitas ꝛñtis pbatur: nam si mã prima nõ esset alicui9 actiuitatis: sed passiuitatis infinite: sequeret q̃ possibile esset: eandẽ materiã simul ꝛ semel esse in diuersis locis. Sed hoc est ꝛtra Aꝛ. in quarto huius ꝛ pbatur ꝛñtia: qr esse in loco est pati: ꝛ silr esse in duobus locis est pati. Si ergo est passiuitatis infinite tunc qõlibet posset pati: qõ esset in duob9 locis simul ꝛ semel. ꝛ silr tunc eadẽ posset esse mã sortis existentis parisius: ꝛ platonis existentis rome. ¶ 2o si mã non esset per se cognoscibilis: eẽt per formã: vt dicit Aꝛ. in lra. Tex. cõ. 69.
Sed hoc est falsum: qõ pbatur. nam mã est magis perfectius ens q̃ forma: sed q̃ mã cognoscit per formam: ꝛ p ꝛñs videt eẽ maioris actiuitatis q̃ forma: ꝛ videt: q̃ magis forma cognoscat per mãz. q̃ ecõuerso: assumptũ pz ꝛ probat: qr quacunq; forma data in mã põt esse sine ea. sed tamẽ illa forma nõ põt esse sine mã. Et ꝛfirmatur q̃ mã nõ sit cognoscibilis per formã: quia mã est poa: ꝛ forma est actus: mõ poa ꝛ actꝰ sunt opposita: sed vnũ oppositoꝛ nõ cognoscit per reliquũ: ergo. ¶ 3o illud quod nõ est: est per se intelligibile. ergo magis illud qd est: sz quia mã p̃ntaliter est. videtur q̃ sit per se intelligibilis. antecedens, pbatur: qr antichristus est per se intelligibilis. sed antichristus nõ est: ergo quod nõ est: est per se intelligibile. assumptũ, pbatur: qr aliqñ erit verũ dicere antichristꝰ intellgiiur per se. s. qñ antichristus est. ergo ab eterno: hec propositio fuisset vera: si fuisset formata: antichristus est per se intelligibilis. ¶ 4o de mã prima est scientia: ergo videt q̃ ipsa sit per se intelligibilis. añs est Aꝛ. in isto primo: ꝛñtia tenet: qr de nullo est scia quin sit per se intelligibile. ¶ 5o aliquis põt hẑe in intellectu suo ꝛceptum rẽ p̃ntatiuũ ipsius materie: ꝛ actualiter ꝑm illum ꝛceptum intelligere: qui ꝛceptus est causatus in itellectu tali fine discursu. ergo mã est p se itelligibilis: ꝛñtia tenet: qr omne qd intelligitur per ꝛceptum cãtum fine discursu: per se intelligitur: añs, pbatur: qr aliquis põt hẑe in itellectu ꝛceptum entis cãtum in eo fine discursu. Sed cõceptus entis: siue ꝛceptus cui subordinat ista vox ens in significando est repñtatiuus indifferenter cuiuslibet entis ꝛ cum mã sit ens sicut dictum est in p̃cedentibus: sequitur ꝛceptum entis esse repñtatiuuz materie prime. ¶ 6o intellectus fit

tellectus fit rōne similitudinis: sed mā est maxime similis intellectui: qz vtrūqz est in pura po^{a}: nā dicit in isto primo: q mā est pura po^{a}. z in 3° de anima dicit q intellectus possibilis est pura po^{a}. ¶ 7° sicut est in arte sic est in nā: cū ars imitet nām quātū pōt: sed mā artificialiū est p se cognoscibilis: g̃ filr mā rerū nāliū. z hoc est mā prima. ¶ 8° mā est principiū: vt pz ex dictis. z cū pncipia debeāt esse notiora principiatis: z cū aliqua principiata: quorū materia est principium sint per se cognoscibilia: sequit et mām per se esse cognoscibilē: ergo questio vera.

Tex. cō. 69. **In oppositum** est Alx. in pmo capl'o vltimi tractatus huius pmi. vbi dicit q mā nō est cognoscibilis nisi per analogiā ad formā: z auctores sic exponūt q mā non est per se cognoscibilis sed per formā: in ista qōne pmo videndū est vtrū mā prima sit passiuitatis infinite de quo tangebat in pmo argumēto. 2° videndū est an mā sit magis ens q̃z forma. 3° videndū est de quesito zē.

Quantum ad primū suppono pmo: q cuilibet potentie actue correspōdet po^{a} passiua. i. quātū aliqua po^{a} pōt agere: tantum vna alia po^{a} potest pati: seu recipere. ¶ 2° suppono vnā potentiā esse actiuā immobilē: z nullo modo esse passibilē: nec alicuius de nouo esse receptibilē: que est sic actiua: q nullo modo
8° huius Tex. cō. 83. passiua. z hoc est de mente Alx. 8° huius z 12° methaphysice. ¶ 3° suppono: q omnia que sunt inter māz pmaz: z pmū agens immobile: sunt aliquo modo actiua: z aliquo mō passiua. ¶ Tūc fit pma ꝛclusio: q mā prima est passiuitatis infinite z est sic passiua q nullo mō actiua. l̄ pbat: nā vna est potētia actiua: que nullo modo est passiua: vt pz p vnā suppositionē: sed cuilibet po^{c} actiue correspōdet vna po^{a} passiua: que tantū potest recipere: quātum illa po^{a} actiua potest agere: vt pz per primā suppositionē: sed po^{a} passiua correspondēs po^{c} actiue est mā prima: g̃ assumptū probat: nā p tertiā suppositionē: quodlibet qd̄ est inter potentiā primā actiuā: z primā mām aliquo mō est actiuū: z aliquo modo passiuū: z nullum est pure passiuū: qz nullū eorz correspōdet potētie pme actiue: sed po^{a} actiua est actiuitatis infinite: z est sic actiua q nullo modo est passiua: g̃ filr mā pma est po^{a} pure passiua: z nullo modo actiua: z cuiuslibet receptiua: cui^{9} prima cā est productiua: z p ꝛsis est passiuitatis infinite fic p^{a} cā est actiuitatis infinite. Ex hoc sequit q si prima causa actiua posset facere idē corpus simul z semel eē in diuersis locis: q mā prima posset hoc pati: z hoc pz qz cuiuslibet mā est receptiua cuius pma cā est productiua. ¶ 2° sequitur q si pma cā faceret eandē māz sortis esse rome: z māz platonis esse parisius: q nō posset annihilare sor. nisi destrueret platonē: vel faceret non esse platonez: hoc pz qz si annihilaret sor. tunc destrueret quelibet eius ps: cū annihilatio alicuius fit destructio illius ꝯ se z quodlibet sui. Sed cū mā sor. posita est esse mā platonis: sequit q cū destrueret māz sor. annihilādo ipsuz: et destrueret māz platonis: z per ꝛsis faceret platonē nō esse: qz plato non pōt esse sine sua mā. Sed dices. q cōsimiliter posset pbari q cōpositū esset passiuitatis infinite sicut sor. vel plato quia cuiuscūqz pma cā est productiua: illius sor. est receptiuus nego hoc: qz nō est receptiuus forme asini imo sibi ipsibile est: nec cā pma posset facere q eadē cera simul: ꝯ se totā, esset pmo figurata diuersis figuris: ita ipossibile est q idē hō esset homo z asinus. imo iplicat ꝯdictionē: vocando hoiez qui hz formā z figurā hoīs: z vocādo asinū qui hz figurā z staturā asini. Quare dico q sor. nō cuiuslibet est receptiu^{9} cui^{9} pma cā est productiua: qz nō est receptiuus forme asini: sed qz māe prime non repugnat q fit receptiua forme asini: z cuiuslibet alterius: cui^{9} prima causa est productiua: z sic sequitur materiam esse infinite passiuitatis.

Quantum ad scōz videt primo q mā sit magis ens q̃z forma: qd̄ pbat: qd̄ magis accedit ad p^{m} ens: est magis ens q̃z illud qd̄ min^{9}. Sed mā pma magis accedit ad p^{m} ens. cuz ipsa sit incorruptibilis z eterna: sicut ipsuz p^{m}: z forma sbalis min^{9}: cū sit corruptibilis. g̃. ¶ 2° illud qd̄ magis distat a nō esse: siue a nō gradu entis est magis ens: q̃z illud qd̄ min^{9}: sed mā prima magis distat a non esse q̃z forma: qz mā eternalr manet ens. sed forma solū tēporaliter. g̃. minor est nota. Sed maior pbat a filr: qz sicut albedo dr intēsior: qz plus distat a nō gradu albedinis. z illa remissior. quia minus distat. sic et videt q illud dicat magis ens: qd̄ plus distat a nō gradu entis: q̃z illud qd̄ minus. ¶ In ꝛriū illud est magis ens: qd̄ est ens in actu: q̃z illud qd̄ ē ens in po^{a}. sed forma ens in actu: z mā ens in po^{a}: g̃ videt formā magis eē ens q̃z māz. ¶ 2° illud est magis ens qd̄ dat ipsi cōposito esse determinatū in tali vel in tali spē: sed hoc est forma: ergo forma est magis ens q̃z mā. ¶ Rūdet ponēdo vnā distructionē: iuxta quā argumēta vadunt vijs suis. z est ista: q aliqd dr magis ens duplicīter: vno mō in sui nā: z nō fm q cōparat alteri: ita q nō rōne alteri^{9} entis dicatur magis ens: z sic incorruptibilia dicunt magis entia q̃z corruptibilia qz ipossibile est incorruptibilia nō esse: sed necesse est aliquādo corruptibilia nō esse: z sic mā prima absqz pportione est magis ens q̃z forma. ¶ Alio mō dr aliqd esse magis ens rōne alteri^{9}: qz vni alteri dat magis tale: vel tale eē: sicut de forma sbali: que magis dat eē cōposito tale vel tale q̃z ipsa mā: qz forma sbalis facit q cōpositū est in tali vel in tali spē: qz forma separat z distinguit: sed nō facit mā sic: forma bñ est magis ens q̃z materia: q̃zuis materia in sui natura sit incorruptibilis: z magis ens: z fm hoc patet ad rationes.

Quantum ad 3^{m} est sciendū q per se cognoscibile pōt dici tam de cōplexo q̃z de icōplexo: vnde dicim^{9}: q p^{m} pn^{m}. s. nō ꝛtingit idē simul esse z nō esse: est per se cognoscibile. z sic p se cognoscibile nō sumitur in proposito: sed p se cognoscibile sumit in proposito solū: put dicit de incōplexo. ¶ 2° distinctio q aliqd dicit per se cognoscibile: z aliquod p accidēs: primuz est qd̄ pōt cognosci sine discursu z causare spēm in intellectu mediāte sensu: vt sunt ista que sunt sensibilia p se: ꝯ scōz est qd̄ non potest cognosci sine discursu precedente. ¶ 3ª distinctio q aliquid dr cognoscibile vel ꝛceptu proprio: vel cōceptu cōi.]Proprio qdē qñ cognosco sor. cōceptu distincto a cōceptu quo cognosco platonē: sed conceptus cōis quādo cognosco sortē: ꝛceptu qui est indifferēs ad repꝛesentandū sortē: vel platonē: sed est sciendum: q in cōceptibus cōibus, sunt gradus: quorz quidaz sunt magis cōmunes: z qdā minus cōes. cōceptus enī indifferēs sor. z brunello est magis cōis: q̃z ꝛceptus qui est solū indifferēs sorti. z platoni z alijs hoib^{9}. ¶ Tunc fit p^{a} cōclusio: illud qd̄ nō est: est per se itelligibile: hoc pz: qz aliquid qd̄ nō est aliquādo per se intelligit in futurū: g̃ nūc est verū dicere: q illud est per se intelligibile. intelligibile enīz dr qd̄ pōt intelligi. ¶ 2ª ꝛclusio: mā est p se intelligibilis. hoc pz: qz hec ꝛpositio est per se vera: mā est intelligibilis per se qz est necessaria. ¶ 2° oē ens est intelligibile p se: sed mā est ens: g̃ zē. maior pz qz oē ens per se intelligit p me quū intelligo hanc oē ens est ens: qz quodlibet ens est significabile per subiectū illius ꝛpositionis: g̃ habendo in mente mea similitudinē cuiuslibet entis: est verum q habeo generalē: sed nō ꝛpriā. Ex hoc sequit q intelligēdo z sciendo hanc ꝛpositionē: omne ens est ens: intelligo z cognosco illud: qd̄ nunq̃z vidi: z illud: qd̄ nūq̃z audiui: qz intelligo istā ꝛpositionē: quodlibet ens: est ens: modo nō quodlibet ens vidi: z filr nō quodlibet ens audiui. ¶ 3ª cōclusio: q mā nō est per se cognoscibilis cōceptu ꝛprio. hoc pbat: qz mā non potest cognosci sine discursu:

eo q̃ nõ põt agere spẽm suã in sensum:pz hoc:qr nõ est sensibilis.¶2° tũc ipa esset actiua:z ageret in intellectũ: z hoc est falsum:qr vt dictuz est in p°ar° mã nullius est actiuitatis.¶4ª ꝛclusio est q̃ mã est per accidens cognoscibilis.hoc patet:qr ipsa est cognoscibilis discursu precedente:z nõ est cognoscibilis sine discursu: z hoc notauit Az.quũ dixit q̃ ipsa est cognoscibilis per analogiam ad formam:z pbat:qr arguendo.intellectus venit in cognitionez mãe:z aliter nõ.sic arguendo sicut est in arte.ita est in nã: sed notuz est nobis per sensuz in transmutatione artificiali:idez manere sub diuersis figuris successiue: vt eadem terra:aut aliquid hmõi.ergo sil̃r erit in transmutatione nãli.q̃ idem manet sub diuersis formis successiue.Et cum notũ sit.q̃ diuersa noia sbalia verificãtur de aliquo successiue: quare iõ arguimus q̃ diuerse forme substantiales succedant sibi inuicẽ successiue in eodẽ subiecto:z illud subiectum dicimus esse subiectuz transmutationis nãlis:sicut vnũ aliquid dicimus esse sbm transmutationis artificialis.Et isto modo per argumentationez:z discursum intelligimus.seu intellectus venit in cognitionẽ mãe:z forme:z tali argumentatiõe facta intellectus electiue cãt in seipam spẽz:z conceptũ incõplexuz propriuz ipsi° materie:sed qr ille nõ põt cãri in intellectu sine discursu p° ideo mã nõ di p se cõgscibilis:sz p accẽs.

Ad rationes ꝓncipales. Ad p^am dictum est in primo articulo. ¶Ad 2^am patet in 2° articulo.¶Ad 3^am quũ di.illud quod nõ est zc.cõcedo.ergo magis quod est.nego ꝓnaz:qr aliquod:quod nõ est:aliqñ erit per se in itellectu: sed mã nunq̃z erit per se intellecta saltem per eius conceptum proprium: nam q̃z uis aliquãdo intelligat per discursuz ꝛceptu proprio: tamen illum ꝛceptum:nõ causat mã in itellectu:sed vna alia ex quoz cognitione deuentũ est in cognitionem materie.¶Ad quartã dico:q̃ illa bene ꝓbat:q̃ est per accidens cognoscibilis:vnde nõ opz q̃ omne de quo est scientia sit per se cognoscibile.vnde de deo z de multis alijs est sciẽtia:que nõ sunt per se itelligibilia zc.¶Ad 5^am dico q̃ illa bene probat q̃ ipsa est per se cognoscibilis conceptu cõmuni:qr scõm ꝛceptũ cõmunẽ materie z alioz. z hoc bene ꝛcedit:nõ tñ est per se intelligibile scõm ꝛceptum eius ꝓpriũ:sed per accidens.¶Ad 6^am quuz dicit intellectus fit zc.dico q̃ hoc dz itelligi:q̃ vt itell's intelligat aliquaz rem requirit q̃ in itellectu sit aliqua species: z sil̃itudo talis rei.ex quo patet ad argumẽtũ.¶Ad 7^am bene ꝛcedo:q̃ aliquo modo:sed nõ to taliter:z quũ dicitur mã trãsmutatiõis artificialis est per se cognoscibilis: ergo mã trãsmutationis nãlis:nego ꝓntiã:ista enim nõ est per se sensibilis:nam si ois forma sbalis vel accidẽtalis seperaret a mã non plus sentiret q̃z deus. ¶Ad 8^am dico q̃ sufficit q̃ sit per accidens cognoscibilis:z postq̃z sic est cognita mediãte tali cognitione possumus de principiato siue de cõposito ex eo hie cognitionem ꝓpter qd: z non est impossibile q̃ in diuersis generibus cognitionum:principiũ sit notius minus q̃z principiatum:quia nõ est impossibile q̃ principiatum sit notius materia.z ecõuerso.vnde cognitione quia est:principiatum est notius z cognitione propter quid est:ecõuerso zc.patet ad questionem.

Questio.xvij.

Vtrum potentia recipiendi formaz: sit aliqua res distincta a mã: z arguitur ꝓmo q̃ sic:quecũq̃z sic se hñt q̃ vno corrupto reliquuz manet:sunt res distincte.Sed mã:z potentia ad formã generandam sunt hõ.ergo zc.maior patet:minor pbatur:quia generata forma sortis in mã: corrũpit potẽtia:que erat in illa mã:sed mã manet:ergo talis potentia erat res supaddita ipsi materie.¶2° quecũq̃z sic se habent:q̃ vnuz est substãtia reliquũ accidens:illa distinguunt:sz mã z po^a sunt hõ:ergo.maior est nota z minor pz:qr mã est in pñto substantie:z potentia in pñto accidentis:scilicet relationis.ergo.¶3° quecũq̃z sic se habent q̃ vno multiplicato:reliquũ nõ multiplicatur:ista sunt distincta.Sed mã z potentia sunt hmõi:ergo maior nota est:z minor pbatur:qr mã existente vna potentie sunt plures quod patet:qr si ignis gñetur ex aqua:tunc ignis generat in mãm aque formã ignis:z in eadẽ generat caliditatez:siccitatẽ z raritatẽ:mõ ad qõlibet istoz erat in potentia:ergo ante in mã erant plures potẽtie.¶4° illud quod est accidens materie distinguitur a mã:sed po^a est hõ:maior patet:z minor est Cõmẽta.in isto primo.dicentis q̃ materie accidit q̃ sit in po^a oẽs forme. ¶5° sicut se hñt potentie aie ad aiaz:sic se hñt potẽtie materie ad materiã:sed potentie aie distinguunt ab aia:ergo sil̃r potentie materie distinguunt a mã:maior pz:z minor pbatur: qr potentie aie dicunt partes anime: vt pz per phm in 2° de aia:modo partes distinguunt ab ipso cui^s sunt partes:cum pars non sit totũ.¶6° quecũq̃z sic se hñt:q̃ vni aliquid est ꝓriũ z reliquo nihil ista distinguunt. Sz mã z potẽtia sunt hmõi.ergo maior est nota:pbatur minor. qr potentie aliquid est ꝓrium:puta actus:materie aũt nihil est ꝓrium cum sit sba.¶7° nullum existens in mã est mã:sed potẽtia materie est existens in mã:ergo nõ est mã: maior patet qr nihil existit in seipo:minor est Az.in isto primo.¶8° omnis potentia:mã nõ est:ergo nulla potẽtia mã est:ꝓntia tenet:quia negatio postposita facit equipollere suo ꝓrio:antecedens patet:qr quacũq̃z potentia data materie.s.ipsa po^a nõ est:qr ipsa vna alia portio materie non est:quam tu dicis esse potentiam zc.

In oppositum arguit sic:in eternis non differt esse z posse. Sed mã est res ꝓpetua:ergo eius esse non differt ab eius posse:z per ꝓñs per locũ a ꝓiungatis eius essentia nõ differt ab eius potentia:ergo eẽntia materie est eius potentia.¶2° sicut se habet actus ad formam:sic se hz potentia ad mãm:sed act^s nõ distinguit a forma:ex eo q̃ forma est oio simplex ergo z potentia nõ distinguit a mã.¶3° si potentia esset in mã:tanq̃z accidens illi supadditum:tunc ex illa mã:z ex illa potentia cõponeret vnũ compositũ accidentale sicut ex albedine z homine fit hõ albus. Sz hoc est falsuz. quia cõpositio accidẽtalis ꝑsupponit compositionẽ eẽntialem:modo mã nullam cõpositionẽ essentialem ꝑsupponit:sed ad quãlibet cõpositionẽ essentialẽ presupponitur.¶Hec questio magis est metaphysicalis q̃z nãlis:qr ad metaphysicũ spectat determinare qõnes querẽtes de identitate vel diuersitate rerum:quia idem z diuersum: sunt passiones entis:de quo tanq̃z de subiecto adequato cõsiderat metaphysicus.¶In ista qõne primo narrabo opiniones de ista mã.2° ponã ꝛclusiones ꝑm opinionẽ que modo sustinet:ꝓtraria alijs opinionib ns:q̃bus positis patet responsio ad quesitum.

Quantum ad primũ sciendũ est q̃ aliqui preter qualitates primas disponẽtes mãm ad recipiendũ formã generandã:posuerunt in mã vnaz potentiã respectu forme gñande.tanq̃z accidens supadditam ipsi° materie:ad modũ sicut albedo supaddit parieti.z motiũ eoz erat q̃ postq̃z aliqua forma est gñata in aliqua mã:hec ꝓpositio desinit eẽ vera:mã est in potẽtia ad illã formaz:ꝓpter qd̃ crederunt:q̃ hoc esset ex eo: q̃ illa res:quã vocabant potentiaz desineret esse z corrũperetur in mã:z qr mã manet crediderunt illaz rem siue potentiã esse distinctã ꝓtra mãm.¶2ª opinio erat q̃ ois potẽtia materie esset in anima:z nõ esset res extra:z moti erant ex hoc:q̃ relatio non est: nisi conceptus z actus: quo anima cõsiderat aliqua vnũ in ordine ad aliud:cuz ergo potentia sit relatio sequitur potentiaz ipsius materie esse in anima:cum sit relatio.

¶Quantum

Quantũ ad scdm sit hec ꝓma cõclusio q mã ẽ potentia passiua: ꝑbat. Omne illud est potentia passiua: qd est ꝑn̄ trãsmutationis trãsmutãdi ab altero. Sed mã est hꝰ: g̃. maior est nota per diffinitionez potentie passiue: posita in 9° metaphysice: vbi dr q potẽtia actiua est ꝑn̄ trãsmutãdi alterũ inquãtũ alterz: sz potentia passiua est ꝑn̄ trãsmutandi ab altero: sed minor ꝑbat. nã mã est nã: nã autẽ est ꝑn̄ mouendi ⁊ quiescendi: sed qr mã nõ hz ꝑn̄ trãsmutãdi alterũ: sequit ipsum esse ꝑn̄ trãsmutãdi ab altero: assumptuz: qr nisi sic: tunc esset ꝑn̄ actiuũ: ⁊ eẽt alicuius actiuitatis: ⁊ per ꝓns non eẽt passiuitatis infinite: qd est ꝗ dicta in qõne preceden-
Tex.cõ.2. ti. ¶ 2° ꝓma cã: ⁊ ꝓma mã se habent adinuicẽ sicut pure actiuũ ⁊ pure passiuũ: sed qr ꝓma cã est pura potẽtia actiua: sequit mãm eẽ purã potentiã passiuaz: ex quo sequit statim q mã est potentia ab inferiori ad supius. ⁊ ex hoc pz rñsio ad quesitũ. ¶ 2ª cõclusio circũscriptis q̃litatibus primis disponẽtib⁹ mãm ad hoc vt possit recipe formã: nõ est aliq̃ alia potẽtia ponẽda in mã mãe distincta ⁊ hec cõclusio est ipꝛobatio prime opinionis: hoc ꝑbatur: qr sic tunc mã eẽt ad min⁹ in potentia subiectiua ad hãc potentiã: vel ergo seipsa: vel mediãte alia poª mãe supadditã: si seipsa cõsimili rõne posset dici q mã seipsa est in potẽtia ad formã gñandã: ⁊ tunc frustra supadditur talis poª: si mediãte vna alia poª ⁊ sic in infinitũ. ¶ 2° sic sequerẽt q in mã essent infinite res que tñ nõ essent ptes ei⁹: sed hoc est falsum: ⁊ ꝓntia ꝑbat. qr sicut ipsa est in poª ad infinitas formas generãdas sic oporteret ponere in ea infinitas res: siue potentias distinctas a mã. que quidẽ potẽtie nõ sunt partes mãe. ¶ 3° si oppositũ cõclusionis esset verum sequerẽt q aliqd eẽt ꝑpetuũ a pte ante: ⁊ nõ a pte post: hꝰ
Tex.cõ.125 tñ est ꝗ Ar. in ꝓmo celi: ꝓntia ꝑbatur: qr si ab eterno mã esset in potentia ad formã sortis. s. genitã nunc si nõ erat: g̃ si ista potẽtia ponit res distincta a mã ⁊ qd mõ corrumpat in gñatione sortis sequit illã rẽ ab eterno fuisse vsqz mõ: ⁊ post hoc eternaliter nõ eẽ: qr mã postq̃z recipit aliquã formã nõ amplius reciperet vel esset eadẽ nũo: quia aliter corruptũ posset idẽ nũo reuerti: qd est ꝗ nãm. ¶ 3ª cõclusio: nõ omnis poª est in aia ⁊ hec ꝓclusio est ꝗ scdaz opinionẽ: nec poª mãe est in anima: qd ꝑbat: qr mã ẽ potentia ꝑ correlariũ prime ꝓclusionis: sed mã nõ est in aia: ergo nõ ois poª est in aia: sed dices: qd g̃ dicis ad hoc: q ois relatio est in aia: cõcedo de relatione in creatis: ⁊ quũ dicit ois poª est relatio negat: vnde q̃z̃uis ꝓcept⁹: cui sub ordinat in significãdo hic terminus poª fit actus aie: quo aia ꝓsiderat ⁊ intelligit mãm in ordine ad formã: non tñ ista est ꝓcedẽda: ois poª est relatio qr q̃z̃uis ꝓceptus mentalis: cui subordinat in significãdo: hic terminꝰ hõ: ẽ spẽs nõ tñ ꝑ hoc: hec eẽt cõcedenda ois homo est spẽs: nec sz aliquos: ista hõ est spẽs: ita in proposito. ¶ Sed dices ex quo iste terminꝰ poª significat nõ solũ mãm: sed ẽt formã: videt q hec nõ debeat ꝓcedi: mã est poª: esset eniz dicere mã est mã ⁊ forma. ¶ Rñdet negãdo ꝓsequẽtiã: ⁊ do exẽplũ: nã q̃z̃uis albũ significat albedinẽ ⁊ subiectũ: tñ ista ꝑ positio lignũ est albũ nõ ꝑ hoc significat: q lignũ fit albũ ⁊ albedo: sed bene significat q lignũ hz. Ita in ꝓposito: hec ꝓpositio: mã est in poª: bene significat q mã põt recipere formã. ⁊ rõ negationis ꝓsequẽtie est: q terminus nõ pro omni illo supponit qd significat: sed soluz pro illo qd significat in recto: cũ ergo poª significet mãz in recto ⁊ formã in obliquo sequit hunc terminũ: potentia quũ ponit in propositione q solũ supponat pro mã ⁊ non ꝑ forma: vnde terminus hoc significat in recto: cui⁹ nomẽ ponit in nostro casu in diffinitione exprimẽte quid nominis talis termini. hoc autẽ significat in obliquo cuius nomen ponit in alio casu a nominatiuo in diffinitione exprimẽte: quid nominis talis termini. vnde diffinien-do hunc terminũ: albũ: est res hñs albedinez: ecce qualiter nomẽ subti ponit in recto: ⁊ nomẽ albedis põit i obliq̃.

Ad rationes principales. ad primã quũ dicit poª corrũpit ⁊c. nego: tñ bene cõcedo q mã definit eẽ potentia ad eam: ⁊ sic debet itelligi: quũ dicit potentia ad formã generandã: forma generata corrũpitur potentia. ¶ Ad secundã nego q potẽtia sit accidens: ⁊ quũ dicit potẽtia est in predicamẽto relationis: ꝓcedo de isto termino potentia: sed nõ de re significata ꝑ ipm. vñ res significata ꝑ ipsum ẽ vere sba: qr mã: ita q illa rõ nihil ꝑbat: nisi q mã: ⁊ poª differunt quãtũ ad eoz ꝓnotationes non quo ad eoz significata que significant in recto. ¶ Ad tertiã ꝓcedo maiorẽ ⁊ nego minorẽ: nisi ad hunc sensum q mã est potentia respectu pluriuz formarũ generandarũ: ⁊ sic debent exponi auctoritates: que dicunt mãm esse plures potentias respectu formaz generandaz. ¶ Ad quartã ꝓcedo maiorẽ: ⁊ nego minorẽ: ad ꝑbationẽ dico: q ipse intelligit q hec ẽ per accidẽs: mã potest recipere. b. formã: ⁊ ratio huius est: naz hec aliquãdo est vera: ⁊ aliqñ est falsa: ante eni gñationẽ. b. forme mã põt recipere. b. formã: ⁊ post gñationez. b. forme: mã nõ põt amplius recipe. b. formã. ¶ Ad quintã nego maiorẽ: intelligendo ꝑ potentias anime partes aie: sed si potentie anime capiunt pro partib⁹ aie. s. pro partib⁹ accidentalibus corporis requisitis ad exercendũ opera aie tunc dico cõcedendo maiorẽ: ⁊ dico vlteri⁹ q ẽt accipiendo potentiã isto mõ nõ est res supaddita aie: sed est ipsa aia potens exercere opatiões suas vitales: ⁊ alias. ¶ Ad sextã dico q nõ ꝑbat plus nisi mãm ⁊ potẽtiã differre q̃ ad eoz cõnotationes. vñ isti termino potẽtia bñ est vnꝰ terminus sꝗri⁹. s. actus: eo mõ: quo ꝗietas debet terminis de quo prius dicebat q quidã terminus nõ est ꝓtrarius huic termino mã. ¶ Ad septimã dico negando oẽs istas de virtute sermonis: poª est in mã: mã habet potentiaz ⁊ ꝓsimiles: sicut istas iustitia est in deo: deus hz iustitiã: vñ nihil hz seipm: sil' nec est in seipso. Si tñ predicte ꝓpositiones capiunt pro istis. deus est iustitia: mã est potẽtia: tunc ipsas ꝓcedo: ⁊ tũc patet solutio ad argumẽtũ. ¶ Ad octauã quũ dr ois mã ⁊c. concedo si ly mã supponat pro partibus mãe totalis: ⁊ nego ꝓsequentiã: ergo nulla mã potentia est: ⁊ ad regulã equipollẽtiaz dico q debet intelligi q negatio imediate sequat terminũ distributum. ⁊ nõ mediate sicut est in proposito: bene tñ ꝓcederẽ hanc ꝓntiã: omnis mã nõ est potentia: g̃ nulla mã potẽtia est: qr negatio sequitur imediate terminũ distributum.

¶ Tex. cõmẽti. lxxix.

¶ Tangentes quidẽ igitur ⁊ alteri quidam sunt ipsam ⁊c. Qõ. xviij.

Veritur vtrum diffinitio fortune data ab Az. sit bona: scilicet. Fortuna est cā per accidens extra semper & frequēter p̄m propositū eoꝝ que pro pter hoc sunt. Et arguitur primo: q̃ fortuna nō debeat diffiniri. naz illud de quo nō est scientia: nec potest eē: nō debet diffiniri. Sed fortuna est huiusmodi. ergo. maior est nota. minor ꝓbat. quia fortuna est ens per accidens: & de tali nō est scientia: per Az. in 6° metha^ce. ¶ 2° ꝓbat: q̃ fortuna nō pōt diffiniri: quia illud quod est ignotum & icertum nō debet diffiniri. Sz fortuna est huiusmodi ergo: maior patet minor est Az. in littera. ¶ 3° ꝓbat q̃ predicta diffinitio nō sit bona: quia nulla oratio nugatoria est diffinitio bona: sz sic est de predicta diffinitione: que ponitur esse diffinitio fortune ergo: maior patet: minor ꝓbat: quia in predicta diffinitione dī q̃ fortuna est causa per accidens: & cum hoc dicit p̄m propositū eoꝝ que ꝓpter hoc sunt: mō ista videnē repugnare. s. q̃ fortuna sit causa per accidens effectus fortuiti & q̃ fortuna sit cā agens p̄m ꝓpositū effectus fortuiti: & si fortuna est agens effectū fortuitum p̄m propositū: tunc effectus fortuitus est intentus a fortuna agente: & per consequēs fortuna nō est eius causa per accidēs: sed causa per se. Et similiter si effectꝰ fortuitus est de numero eorū que ꝓpter hoc sunt: videt q̃ ꝓpter effectuz fortuitum agens agat tanq̃ ꝓpter intentū ab agēte: & tunc etiā agens fortuitum nō est per accidens causa effectus fortuiti: sic ergo videt q̃ ista membra repugnent. s. causa per accidens ex vna parte & ly p̄m ꝓpositum eoꝝ que ꝓpter hoc sunt ex alia parte. ¶ 5° diffinitio competit alīs a fortuna ergo non est bona diffinitio fortune: p̄ñtia tenet: q̄ diffinitio nō debet cōpetere alīs a diffinito^m: antecedens ꝓbatur posito q̃ sit aliquis domificator: qui sit musicus & intendat facere domū & faciat eam: tunc musicus est causa per accidens illius domus extra semper est frequenter p̄m propositum eoruz: que ꝓpter hoc sunt: & tamen musicus nō est fortuna: nec domus facta a musico in isto casu est effectus fortuitus. ¶ 6° ꝓbat q̃ fortuna nō sit causa per accidens: nam fortuna est natura per Az. in littera: q̄ est itellectus: qui est natura: sed natura est causa per se suorum effectuū ergo. ¶ Et confirmat: naz hec est per se: fortuna est causa effectꝰ fortuiti: ergo videt q̃ fortuna sit cā per se & non per accidens ergo &c.

In oppositum vult Az. in isto 2°. tractatu quarto. vbi ponit predictā diffinitionē fortunē tanq̃ bonam. & nō opz ammouere nisi ly p̄m propositū: & tunc est diffinitio casus ita q̃ diffinitio fortune super diffinitionez casus addit ly p̄m propositum. ¶ In ista questione primo ponēde sunt distinctiones. 2° conclusiones: ex quibus apparebit diffinitio quid nominis fortune. & hec est rñsio ad quesitum. 3° videndū est que res sit fortuna: & que casus. ¶ 4° ad quod genus cause reducatur. Tex. cō. 52.

Quantum ad primū sit prima distinctio: q̃ effectuū ꝓuenientiū ab agentibus: quidam sunt intenti: quidaz non intenti. sed euenīt preter intentionem agentis. verbi grā: si aliquis iret ad forum & intenderet emere panem: & qui intenderet emere panē inueniret thesaurum: quā tñ iuentionē nō itendisset: tūc illa emptio panis diceret effectus intentus ab agente: & inuentio thesauri diceret effectus non intentus ab agēte. Et est sciendū: q̃ ipsum agens respectu intenti dī causa per se. respectu vero effectus non intenti dicitru causa per accidēs. Consimilimodo exemplū posset poni in nālibus: vt si natura intēderet producere hominē cū quiqz digitis in vna manu: & produceret cum sex: primus effectus diceret intētus & respectu illius nā diceret causa per se. secūdus effectus diceret nō intentus & respectu illius

nā dicere causa per accidens. ¶ 2ª distinctio q effectuuz nō intentor quidam eueniūt semp vel frequenter cum effectibus intentor. verbi gra. quū aliquis in hieme intenderet ire ad hallas pro emptione carniū nō intenderet maculare sotulares suos: z tamē vt plurimū macularet. in tali casu maculare sotulares est effectus nō intentus qui semp vel frequenter accidit cū effectu intēto: sed si aliquis eundo ad forum inueniret thesaurū preter intentionē: talis effectus diceret nō intentus eueniēs extra semp z frequenter. ¶ 3ª distinctio q adhuc effectuū non intentor. quidā sunt notabilis bonitatis vel malitie: sicut est inuentio thesauri: vel fractio tibie quidā nō sunt notabilis bonitatis vel malitie sicut est inuētio vnius pisi: vel casus vnius pili in fractione barbe. modo sciendū est q illi effectus nō intēti. qui sunt notabilis bonitatis vel malitie dicuntur de numero horuz: qui propter hoc sunt: nam tales effectus si prescirent eēnt digni vt ppter eos fieret actio: puta fuga: aut persecutio. effectus autem nō intēti: qui nō sunt notabilis bonitatis vel malitie: dicunt de numero eor: que nō propter hoc sunt: qui si prescirent nō essent digni vt propter eos fieret actio: nunq̄z enim est dignuz vt aliquis vadat ad forum z inueniat vnū pisum: vel q aliquis dimittat fricare barbaz pp casum vnius pili. ¶ 4ª distinctio q agentium: quedā dnr agentia fm propositū: sicut sunt agentia per intellectum z rōnem perfectā: quedā autem dnr agentia non fm propositum: sicut sunt agentia carentia ratione: z intellectu.

Quantum ad scōm sit pma conclusio q ab effectibus non intentis qui proueniūt vt in pluribus non dnr fortunati: vel non fortunati: pz ex cōi vsu loquendi: naz pp hoc q aliquis vadat in hyeme ad forum: cā emendi panem: z maculat sotulares preter intentionē: ex hoc nō sequit q sit fortunatus: vel infortunatus. ¶ 2ª conclusio ab effectibus nō intentis: qualitercū qz eueniūt qui nō sunt notabilis bonitatis vel malitie: non dicunt fortunati: vl' infortunati: pz similr ex cōi vsu loquendi: sicut prius dicebat de piso z fricatione barbe. ¶ 3ª conclusio. ab effectibus non intentis: qui proueniunt nō in pluribus: z sunt notabilis bonitatis: vel malitie: fiunt ab agente fm ppositum z habente intellectū z rōnem pfectam: aliquis dr fortunari: vel infortunari: patet similr ex cōi vsu loquēdi de inuentiōe thesauri z de fractione tibie. ¶ 5ª conclusio effectus agentiū nō a proposito nō dicuntur fortunati vel infortunati nisi valide methaphorice: nā aliter in inanimatis z carentibus rōne contingeret q aliqua agerent a forma: modo hoc nō est nisi ex cōi vsu loquēdi: nō dicimus eni ligna z lapides esse fortunata: nisi valde improprie z metaphorice. vnde si dicimus lapidē positū in altari esse fortunatū: z lapidē positum in pede esse infortunatū hoc est valde methaphorice. Similr in aiatis carentib' rōne: sicut est de equo: z asino ex cōi modo loquendi: non dicimus aliqd eis accidere fortuite: sed bene causalr: z similr in infantibus: cum nō agūt a ppposito. ¶ Quinta conclusio diffinitio fortune posita ab Az. est bona: pbat qz explicat conuertibiliter cōceptus istius termini fortuna per suū genus: z per suas drias: z per respectū ad effectū fortuitū respectu cuius dr fortuna: pz hoc: naz ibi ponit hoc nomē cā tanq̄z genus. z ponit ibi ly per accidens ad ostendēdū q nō dr fortuna respectu effectuū per se intentor: z dr extra semper: z frequenter ad ostendēduz q nō dr fortuna: respectu nō intentor qui frequenter accidūt cum effectibus intētis: z qd dr fm ppositum ad ostendēduz q agentib' nō fm propositū nō inest fortuna: z dr eor que pp hoc sunt ad ondendum q effectus respectu quorū dr fortuna vel infortuna debēt esse notabilis bonitatis vel malitie. Et sic ista diffinitio est declarata ita dimitēdo ly fm ppposituz residuū erit diffō casus: z declarat ei' mēbra sic fortūa z c.

Quantū ad tertiū articulū posset queri que res sit casus: z que res fortuna: fortuna enīz est intellectus z volūtas: z casus est natura: que nō est intellectus. vnde vtrūqz est nā: sed fortuna est agentis fm propositū. casus autē est natura nō agentis fm propositū: z hoc nō accipiēdo casuz put distinguit cōtra nām: z prout est genus ad fortunā z ad casum in ppria sua significatiōe acceptū: sed est sciendū q q̄z eadē res sit intellectus z fortuna tū differūt fm rōnem. i. habent diuersas rōnes exprimētes quid nois. vnde hoc nomen fortuna significat eandē rem: quā hoc nomē intellectus significat: sed sup significationē huius termini intellectus: hoc nomen fortuna cōnotat q illa res est agens fm ppositū alicuius effectus: z pter eius intentionē pducit vnū alterū notabilis bonitatis vel malitie: qui est de numero eorū: qui extra semp: z frequēter solent euenire. Sformiter pōt dici de his nominibus casus z fortuna. vt patet per Az. in littera z pluribus locis z c.

Quantū ad quartuz dico q casus z fortuna sunt cause: pz pmo ex diffinitioib' eor in quibus ponit b nomē cā: pbat etiā rōne: qz queniēter rūdet ad iterrogationē factā pp qd. vt quū dicam' pp quid est hoc: dicim' a cā z a fortuna: vt si aliqd querat: pp qd fregisti tibi tibiā. rūdet pp casuz z ifortuniū. ¶ 2° dico q casus z fortuna nō sūt cāe mālēs suor effectuū: qz nō iter cōpositiōez effectuū: opz eni mām intrare cōpositiōez illi' cuius est mā. ¶ 3° dico q nec casus: nec fortuna sunt cā formalis suor effectuū: pbat sili rōne sic pri'. ¶ Quarto dico q casus z fortuna nō sunt cause finales suor effectuū: pbat: nā tūc effectus fortuiti essent effectus intenti: intendēs eni finē: intēdit ordinē ad illū: sed b est contra dicta. Et ex alio: nā intellect': vel nā est finis effectuū fortuitor: sed ista sunt casus z fortuna. g. ¶ Quinto dico q casus z fortuna sunt cāe efficiētes suor effectuū: pbat: naz: qz sunt cāe per p^m dictū. z nō sunt cāe mālēs per scōz: nec finales per tertiū: nec formales per quartū: g sunt cāe efficiētes: pntia tenet: qz nō sunt plura gēa cārum istis ātuor: sz dices tu effect' fortuiti sunt ifinite cāe: sz nulli' effect' sunt ifinita agētia: g. ¶ Dico q quū Az. dixit q effectuū fortuitor sunt infinite cāe: nō intellexit q effectuū fortuitor eēnt infinite cāe: quaz q̄libet eēt fortuna. capiēdo fortunā pro aia vel pro volūtate: sed capiēdo pro intētiōe sicut nō tot gn cū plrium q̄libet pōt esse efficiēs fortuiti. i. nō cū tot gn cū plib' itētis pōt accidē effect' fortuit'. g z c.

Ad rationes pncipales. ad pmā quū dicebat q fortuna nō dz diffiniri: qz fortuna est ens per accidēs: dico q de ente per accidēs nō est scia: nec hoc est contra dicta: q̄z eni fortuna contingēter fiat: tū de fortuna pnt formari onēs scibiles. ¶ Ad scōam dico q imo fortuna est nobis nota: sicut pz ex cōne: sed pro intētiōe Az. dico q intellexit q effect' fortuit' nō pscia tur euenire. ¶ Ad tertiam dico q nō frustra addit extra semp z frequēter: nā aliq bn eueniūt per accidēs ab aliq cā: que tū nō eueniūt extra sp z frequēter: sicut pz de sotularib' ió ly extra sp z frequēter est ocū per ly per accidēs. ¶ Ad q̄rtā dico q nō iplicat: nā nō scōm idē dr cā per accidēs z agēs fm ppositū: qz dr agēs fm ppositū respectu effectus intēti: sed agēs per accidēs respectu nō intenti: similr effect' fortuit' nō dr pp hoc fortuitus q agēs agat pp ipm: sed dr pp hoc ad intellectū pdictū q si pscirēt dignuz eēt vt pp ipm fieret actio. ¶ Ad qtaz dico q per accidēs capit dupli: vno mō vt notat nō intentionē: alio mō vt notat ppōnez contingēter verā: pmo mō dr q fortuna est cā p accidēs sui effect' fortuiti z nō scōo mō: z mus' in casu pdicto nō dr cā p accidēs: accipiēdo accidēs p^o mō: sz bn dr cā p accidēs: accipiēdo per accidēs 2° mō: qz hoc est p accidēs music' est cā dom': sic g pz qualr in pdicto casu diffō fortūe nō conuenit alijs q̄z diffinito: ex eo q in diffinitione

in diffinitione ly per accidens capitur prout denotat nõ intentionem. ¶ Ad sextaz ꝓcedo: q casus ⁊ fortuna sunt cause per se ⁊ hoc effectuũ itentoꝝ: sed nõ sunt cause per se respectu effectuũ casualiũ: sed per accidẽs. Ulterius qñ dicebat hec est per se: fortuna est cã effectus fortuiti: ꝓcedi tur cum hoc tñ stat q sit cã per accidens: put hoc per accidens notat nõ intentionẽ agẽtis q̃ꝫ nõ fit cã effectus fortuiti per accñs: put ly per accidens notat ꝓpositionez esse contingenter veram.

Questio. xv.

Queritur vtruz aliquid fiat a fortuna ⁊ casu. ⁊ arguit primo q nõ. nihil fit malũ in nã: sed aliqui effect casuales sunt mali: ergo tales nõ sunt a natura. maior est nota ex eo q deus ⁊ nã nihil agunt fustra seu mali. minor probat: qz monstra que dicunt eẽ effect casuales dñr peccata ⁊ mala in nã. ¶ 2° nã nõ abundat in supfluis: nec deficit in necessarijs: vt dicit 3° de aia: mõ si aliq fierent effect casuales: sicut monstra: q hõ gñaret cum trib pedib: vel cuz vno tunc nã abundaret in supfluis: vel deficeret in necessarijs. ¶ 3° nihil fit pter itẽtionẽ: ergo nihil fit a casu: ñtia tenet per diffinitionẽ casus: añs pbat: qz omne qd fit: fit a prima causa. que nihil agit pter itentionẽ: ad cuiuslibet enim effectus pductionẽ ꝓcurrit prima cã efficiens. ¶ 4° in celo nihil fit a casu. ergo nec in istis iferioribus: ñtia tenet ex eo q ista iferiora regũt a celo. añs pbat q ex eo q motus celestes qui fiunt in celo fiunt cõsimiliter nõ extra semp ⁊ frequẽter. ¶ 5° si aliqd fieret a casu vel ꝶ eẽt pp hoc q fieret raro vel q causis eius sufficiẽter applicatis talis effectus ab eis pducit: nõ potest dici primuz nam tunc alique ꝓiunctiones planetarum: sicut iste que fiunt raro dicerent fieri a casu ⁊ a fortuna: qd est falsum: nec potest dici scdm: ex eo q quotienscũqz cause alicuius effectus sunt sufficiẽter applicate ad illum effectũ: nec ẽio sequitur ille effectus. ¶ 6° naz si aliquid fieret a casu per diffinitionẽ casus. hoc eẽt illud quod fieret raro: ⁊ omne tale a casu fieret raro. Sed hoc nõ: nam hoiem nasci cuz sex digitis i vna manu est casuale: ⁊ tñ nõ fit raro: ex quo semp est aliqs cum sex digitis in vna manu: si nõ hic forte alibi: sicut patet euidenter.

Tex. cõ. 45

In oppositum est Az. de cuius itentione est aliqd fieri a casu ⁊ a fortuna. ¶ In ista qõne ꝑmo videndũ est an aliqd fiat a casu. 2° videndũ est qualr aliqd dicat fieri casu. ⁊ silr suo modo videndum est de fortuna.

Quantum ad primũ sciendum est: q erant due opiniones extreme de ista mã ⁊ vna media. prima erat q nihil fieret a casu: ⁊ illa dixit hoc eẽ ideo: quia oia ex necessitate euenũt. ¶ Illa opinio erat que dixit q omnia fierent a casu ⁊ mouebantur ab isto ꝑn°: quia oia que fiunt pter intentionẽ agẽtis fiunt a casu. sed oia que fiunt in nã fiunt pter itentionem agẽtis ex eo q si fierent cum itentione agentis oporteret q natura pducens cognosceret finem pducendũ: sed hoc nõ: cum enim lapis descẽdit nõ cognoscit finem: qui acquirit per eius descensum: ⁊ ideo dicit ista opinio q lapis descendit a casu. Et cõsimilr dicit ꝓsimiles effect: qui fiunt a nã fieri a casu: ⁊ silr ista opinio dicit q necessitas operationum ⁊ dispositionũ rerũ nãliũ nõ puenit ex parte finis. sed ex parte materie: vnde dicunt q nõ pluit ppter herbas: qz pluuia aliqñ nocet herbis sicut prodest. sed pluit ppter hoc q prius vapor calefactus eleuat sur um: ⁊ postea ꝓuersus in aquã ppter grauitatẽ descendit: ⁊ fit pluuia. ¶ Cõtra istas opiniones ꝑm opinionẽ mediã ponũtur ꝓnes: prima q aliqua fiunt a casu ⁊ aliqua nõ: ꝑmũ pz: qz aliqua fiunt pter itentionez agẽtis. vñ artifex sicut si aliqñ itendit scribere. a. scribit. b. cõm pz: naz nõ est verisimile q motꝰ celestes fiãt casualr postq̃ꝫ ita regulariter fiunt: pz hoc q diffõnẽ casus: illa enim que fiunt a casu: nõ fiunt semp ⁊ frequẽter. ¶ Ad rõnes: g opinionũ ꝓriaruz rñdet ad rõnem primẽ: q nõ oia de necitate euenunt: p hoc enim tolleret libertas liberi arbitrij. ¶ Ad rõnẽ secẽ cum dicebat. illa que pducit nã pducit pter itentionẽ: respondet q verũ est si itentio capit pro cognitione: lapis enim quũ descẽdit nõ cognoscit finẽ. ppter quẽ descẽdit: si vo itentio caperet proiclinatione nãli: tũc negat q oẽ qd fit a nã fit pter itentionẽ: vñ quũ lapis descẽdit: q̃ꝫ descẽdat pter cognitionẽ: tñ nõ descẽdit pter iclinationez nãlem. mõ cũ dr casualia sunt: que fiunt pter itentionem agentis: itelligit pter iclinationez nãlem: ergo quũ lapis descẽdit ⁊ frãgit ollam descẽsus ille nõ est casualis: qz ad illum iclinat lapis ex sui nã: sz fractio olle dr casualis: qz ad illã nõ iclinat ex sui nã: ⁊ vlterius: qñ dicebat ista opinio q non plueret pp herbas: negat: ⁊ qñ dr q aliqñ nocet herbis: dicit q hoc est a casu. ¶ Isto viso pz q aliqua fiunt a casu: videnduz est mõ pp qd aliqd dr fieri a casu. Ad qd rñdet: q iõ fit a casu: qz fit pter itentionẽ ⁊ inclinationem naturalem ipsius producentis ⁊c.

Quantum ad 2m suppono ꝑmo q in istis inseriorib ad cuiuscũqz effect pductionez ꝓcurrũt plura agẽtia pticularia: vñ ad cuiuscũqz effectus pductionẽ ꝑma cã effectiue ꝓcurrit. ¶ 2° suppono q q̃libet talia agẽtia plura sunt vnuz sub alio vel ambo sub tertio: ita q inter oia ista est dare vnũ primũ: ista suppositio pz ex 2° ⁊ 3° metace. ⁊ 4° huius. ¶ 3° suppo q inter illa agentia agẽs primũ agit mediantib alijs tanq̃ꝫ mediantib instrñs: dirigens ⁊ regulans actiones illoꝝ agentiũ: cognoscẽs quẽcũqz effectũ pducendũ a se cũ illis causis ptialib: pz hoc: nam nõ videt verisimile q deus seu illud primũ pducat aliquẽ effectũ quẽ nõ cognoscat pducendũ: ⁊ quẽ pducat pter eius itentionẽ. ¶ Tunc fit vna distinctio q aliqd dicim posse fieri a casu duplr. s. simplr. ⁊ ꝑm qd. Illud dr fieri a casu simplr qd fit pter intentionẽ cuiuslibet agẽtis ipm pducẽtis ita q nullũ agẽtiũ ipm pducentiũ itendat. Sz illud pot dici fieri a casu ꝑm qd qd fit a plurib agentibus: ⁊ fit pter itentionẽ aliquoꝝ de nũo illoꝝ agẽtiũ: sz nõ oium: vbi gra: si aliquis effectus pduceret fil a sorte ⁊ a platone: ⁊ pduceret a sorte pter itentionẽ: ⁊ a platone cum itentione. Tunc ille effectus diceret fieri a casu. ꝑm qd: vbi gra. Si sortes iret ad secanã: illa itentione q vellet trahere nauem ⁊ plato iret eodez illa itentione vt vellet se balneare: ⁊ tũc cogeret ad trahendũ nauẽ cuz sorte. tũc illa tractio nauis posset dici casualis ꝑm qd: qz in ordine ad platonẽ licet nõ in ordine ad sortẽ. ¶ Tũc fit ꝑma ꝓclusio. In nã aliqd pot fieri a casu. 2° mõ pbat qz pole est q aliqs lapis descendat ⁊ in descẽsu frãgat vnã ollam. Silr pole est: q agẽs nãle intẽdat aliquẽ finẽ puta pducere fibi fil: ⁊ pducat fibi dissimile: puta monstrũ: ergo ꝓclusio vera: añs pz de se ñtia pbat: naz hõ effect: sicut fractio tibie ⁊ pductio monstri: sunt effectus casuales respectu noiatoꝝ agẽtium postq̃ꝫ fiunt pter nãlẽ inclinationẽ: ⁊ itentionem ipsoꝝ. ¶ 2° in arte aliqñ aliqua fiunt a casu: ita etiaz in nã: ñtia tenet ex eo q sicut est in arte ita ẽt in nã cũ ars sit imitatiua natura. ¶ 2a ꝓclusio nihil fit a casu simplr pbat: qz oẽ qd fit: fit a plurib agentib ꝓcurrentib per ꝑam suppõnẽ: iterque vnũ est ꝑm p 2am q effectũ pducendũ cognoscit: ⁊ pp illũ agit: vel pducit p 3am: g talis effect nõ fit simplr a casu: tenet ñtia qz illud dr fieri simplr a casu qd fit pter intentionẽ cuiuslibet pducẽtis. ¶ 2° arguit ad idez aucte linconiẽsis ⁊ eius exẽplo: sup isto 2°: vbi dicit: q si pr familias suũ bouẽ sciret cecidisse ad puteũ ⁊ mittat sortez ⁊ platonẽ filios suos ad puteum: auferẽdo aquaz: ⁊ mittat eos sic: q vnus nesciat de alio qd sibi cõmittit: ⁊ credat eos simul venire ad puteũ: ⁊ quũ videt bouẽ extrahunt euz a puteo: ⁊ talis extractio bouis nõ est casualiter respectu

mittentis: sed bñ respectu missorum. ita q̃ sil'r in cuiusq̃ effectus ꝓductiõe sic se hẽt: q̃ q̃zuis aliquis talis effectus sit bñ casualis respectu aliquar cãrũ ꝑticulariũ: nõ tñ respectu ꝑme. s. dei. ¶ 3° ad idez: hoc omne q̃d fit: fit a ꝑma cã: sed nihil fit a ꝑma cã ꝑter eius intentionẽ. g̃ nihil fit casual'r i ordine ad ꝑn^m: z per ꝓñs nihil fit casual'r simpl'r: maior est nota ex suppositionib^9: minor ꝑbat: ex eo q̃ si ista que dicimus fieri casual'r respectu cãrum ꝑticulariũ etiã fierent casual'r respcũ ꝑme cãe: sequeret q̃ postq̃z illa eẽnt facta nõ ꝓseruarent a prima cã postq̃z fuissent facta ꝑeter eius intẽtionẽ: sed ꝓñs est falsum de mõstris que ꝓducta sunt in esse: z ꝓseruant a ꝑma cã. ¶ Quarto auctoritate boetij dicentis. quecũq̃z veniũt sunt debite ordinata z bñ facta: z iõ nihil inordinat in nã. sed si aliqd d' inordinatũ: hoc est solũ ad n'ram apparẽtiã nõ deuiãdo ab ordine nãe vl'is: sed bñ ꝑticularis. Ex ista ꝓclusione sequit ꝑmo: nihil eẽ casual'r simpl'r: vnde nõ sequit hoc fit ꝑter intẽtionẽ agẽtis illi^9. g̃ fit ꝑter intẽtionẽ agẽtis ab inferiori ad supius negatiue: sic etiã nõ sequit hoc est casuale respectu illi^9 agẽtis. g̃ est casuale respectu agẽtis: q̃z hoc nomẽ casuale icludit negationẽ. 2° seq̃t q̃ aliqua ꝑñt dici magis z min^9 casualia: nã q̃ fiũt ꝑter pluriũ agẽtiũ intentionẽ ista magis casualia dñr q̃z illa q̃ nõ fiunt ꝑter itẽtiones tot agẽtiũ ipsa ꝓducẽtiũ. 3° seq̃t q̃ pp̃ b̃ q̃ lateat nos cã alicui^9 effect^9 ꝓducẽs cognitiue vel ꝓductiue nos dicimus aliquos effect^9 tũc casuales simpl'r q̃zuis nõ sint recte: sicut in sil'i si aliqs q̃ p^a facie videat aliqd horologiuz credit horologiũ vel pulsationẽ horologij eẽ casualẽ: sed quũ videt rotas sic moueri: que sunt cãe talis pulsatiõis cognoscit talẽ pulsationẽ eẽ ab arte. ¶ Ad rõnes dico q̃ bñ ꝑbant: nihil fieri a casu simpl'r: cuz hoc tñ stat q̃ fiant multa a casu ꝑm quid.

Questio. xvj.

Vtrum casus z fortuna repiant i cõtingẽtib^9 equal'r: z arguit p° q̃ nõ: sit aliqd agẽs ꝓtingẽs equal'r: nam si sic: tũc seq̃ret q̃ dõia quã Aꝛ. in isto. 2° ponit nõ eẽt sufficiẽs. s. eoꝝ que sunt aliq̃ sunt pp̃ aliq̃: frequẽter aliq̃ raro. s. ex̃ semp z frequẽter: mõ ibi nõ ponit hoc mẽbrũ ꝓtingẽter equal'r: vl' ad vtrũlibet qd idẽ est: ergo si p̃dicta diuisio Aꝛ. eẽt sufficiens: vl' q̃ nõ sit aliqd ꝓtingẽs equal'r: seu ꝓtingens ad vtrũlibet. ¶ 2° respectu po^e actiue: nõ est aliqd ꝓtingẽs equal'r: nec respectu po^e passiue: ergo: ꝓñtia tenet: nã si eẽt aliqd ꝓtingẽs equal'r: hoc videret eẽ respectu po^e actiue vel passiue: p^a pars añtis pz per Lõmen. sup isto. 2° qui vult q̃ respectu po^e actiue: nõ sit aliqd ꝓtingẽs equal'r: z hoc ꝑbat: nam si sic sequeret q̃ aliqd ꝓduceret opposita Postq̃z eẽt indifferẽs z nõ magis determinatũ ad ꝓducẽdum vnum q̃z aliud. 2ª pars añtis pz ex quo cuilibet po^e actiue corrũdet vna passiua ꝑm Aꝛ. nono metha^ce: sequeret: si nõ eẽt ꝓtingẽs equal'r respectu po^e actiue sicut iam dicebat: z nõ eẽt ꝓtingens: equal'r respectu po^e passiue: tunc ẽt eẽt aliqd agens qd posset illud equal'r ꝓducere in po^a passiua z c̃. ¶ 3° ꝑbat q̃ casus z fortuna reperiant in ꝓtingentib^9 equal'r: nam sortẽ lucrari ad taxillos vel nõ lucrari est ꝓtingẽs equal'r: z cũ lucret hoc dicimus eẽ cõtingẽs equal'r. ¶ 4° si tripes cadat ꝓtingẽs ad vtrũlibet est q̃ cadat sup pedes: vel non: quod dicimus esse a casu.

Tex. cõ. 2.

In oppositũ arguit ꝑmo q̃ est aliqd ꝓtingẽs equal'r. q̃z sortẽ sedere z sortẽ nõ sedere est ꝓtingẽs equal'r. ergo. ¶ 2° nam sortẽ ludere ad taxillos est ꝓtingẽs equal'r lucrari: vel nõ lucrari. ¶ 3° nã Aꝛ. in ꝑmo prior ponit aliqd eẽ ꝓtingens ad vtrũlibet: mõ idẽ est ꝓtingẽs equal'r: z ꝓtingẽs ad vtrũlibet. Deide ad ꝓpositũ q̃nis est cõmẽta. qui negat casum z fortunã reperiri in ꝓtingẽtib^9 equal'r: vñ sortẽ sedere: vel ambulare est ꝓtingens equal'r z nõ dicimus q̃ sortem sedere vel ambulare fiat a casu: z a fortuna. ¶ In q̃one ꝑmo videndũ est de supposito q̃nis. Uz si fit aliqd ꝓtingẽs equal'r 2° videndum est de quesito.

Quantum ad primũ sciendũ: q̃ ꝓtingens capit aliqñ ꝑ oi eo q̃d potest euenire isto mõ: dicim^9 q̃ solem oriri est ꝓtingẽs. Alio mõ accipitur prout distinguit ꝓtra necessariũ z impossibile. s. pro illo quod põt fieri: z potest nõ fieri: z sic accipiẽdo cõtingens distinguit tripliciter: nam quoddã est ꝓtingens in pluribus: z quoddã est ꝓtingens: vt in pauciorib^9: z quoddã dicit cõtingens equaliter. seu ꝓtingens ad vtrũlibet z c̃. Cõtingens vt in plurib^9 dicit q̃d magis aptum natũ est euenire q̃z suum oppositũ: vt canescere in senectute: quia vt in pauciorib^9 z raro hoies canescunt in iuuentute. sed frequẽter in senectute: Cõtingens equaliter est quod nõ magis nec minus est aptũ venire q̃z suum oppositũ: vt sortẽ sedere vel nõ sedere. ¶ Alia distinctio est q̃ ꝓtingens aliquod dicit ꝓtingens equaliter in ordine ad totuz tempus: vel in ordine ad suas causas. ꝓtingẽs in ordine ad tempus dicit quod nõ magis aptum est euenire vno tempore: q̃z alio: sicut est sortẽ currere: vnde indifferẽter in vno tempore põt currere sicut in alio dũtamen requisitũ ad currẽdũ: cõsimiliter se habeat. Cõtingens aũt equaliter in ordine ad suas causas ad hoc distinguitur: nam quoddã est contingens in ordine equaliter ad eius causam mãlem: z quoddã est in ordine ad causas agẽtes. ¶ Adhuc distinguit: q̃ quoddã est ꝓtingẽs in ordine ad causas agentes equaliter que nõ sunt actiue ꝑm proposituz: sicut sunt agẽtia mere naturalia: seu agẽtia que agũt sine deliberatione. Et quoddã dicit cõtingens equaliter ad causas agẽtes ꝑm propositũ: sicut sunt agentia voluntaria: que agunt ex proposito. ¶ Tunc fit prima ꝓclusio: q̃ aliquod est cõtingens equaliter in ordine ad causam materialẽ: hoc patet: nam caliditas cõtingit equaliter q̃ recipiat in materia: vel non recipiat in materia: similiter forma sibi opposita. s. frigiditas: z causa huius est: quia materia de se indifferens est ad quãcunq̃z formaz recipiendam: z notanter dico de se: quia aliquando ꝓpter dispositiones sibi superadditas determinat magis ad recipiendã vnam formaz q̃z aliam: sicut simili modo de thesauro abscondito in terra ꝓtingit equaliter q̃ inueniat: z q̃ nõ. de se enim est indifferens ad hoc: z etiã notanter dico de se: naz si nõ esset absconditus in terra profunde: sed bene alte vbi homines ꝓtinue foderent ꝓpter illud se haberet nõ equaliter ad inueniendum: vel non ad inueniendum. ¶ 2ª ꝓclusio: q̃ aliquod est cõtingẽs equaliter in ordine ad potẽtiam passiuam z actiuam nõ comparando potẽtiam actiuã ad aliquod determinatuz passum z itelligẽdo de potẽtia actiua nõ agente ꝑm propositum: patet hoc quia aggregare vel seggregare est cõtingens equaliter z in ordine ad ignem quod est agens nõ ꝑm propositũ: tamẽ nõ comparat in ordine ad aliquod determinatum passum. Similiter producere ranas vel muscas est cõtingens equaliter in ordine ad celum: non quum comparat ad determinatam materiã: seu passuz per quod determinetur ad producẽdum ranas. ¶ 3ª cõclusio q̃ respectu potentie actiue nõ agentis ꝑm propositum: quũ determinat ad aliquod determinatũ passum nõ est ꝓtingens equaliter: patet hoc: quia quũ ignis applicat alicui passo disposito ad agendum ignis nõ est indifferens nec equal'r se hñs ad igniẽdum illud vel illud: vel ad igniẽdũ illud. vñ in potestate eius nõ est illud passum ignire vel nõ ignire. sil'r cuz influentia celestis alicui passo applicatur ad hoc q̃ ex eo generent nusce nõ est in potestate influentie celestis ex eo nõ generare muscas: sed per illud passum determinata est ad agendũ z generandum muscas: z alibi per vnũ aliud determinat ad generandũ ranas: sil'r quũ ignis applicat homogeneis seperatis abinuicẽ nõ est in potestate eius n õ seggregare ea.

Sic ergo

Sic ergo agentiũ que agũt nõ ꝑm propositũ p passa determinata inclinat ad determinatos effectus ꝓducẽdos: ad quos ꝓducẽdos bñ tñ erãt indifferẽtia: ⁊ eqliter se habẽtia quũ nõ erãt cõparata ad determinata passa. Et sic intellexit cõmẽtator ꝓtingẽs eqliter eẽ respectu po^e actiue scilz nõ agẽtis ꝑm ꝓpositũ: applicato passo cõmẽtator dixit vez ⁊ q̃ vi bñ sonare rõ sua facta in 2° arti^o ꝓncipali scilz q̃ nihil ꝓduceret vel opposita. ¶ 4ª ꝓclusio bene est aliqd ꝓtingẽs equalr respectu po^e actiue agẽtis ꝑm ꝓpositum: patet hoc: nam si non sequeretur q̃ voluntas mea non esset libera respectu suorum effectuum: ꝙ hoc si nõ esset equaliter potẽs ꝓducere actũ: ⁊ nõ ꝓducere. Et vltẽrius si nõ eẽt libera ⁊ indifferẽs respectu suoꝝ effectuuz: nõ essem^9 laudãdi: nec vituperãdi ex actib^9 volũtatis: qd̃ est ꝗ oẽs phos morales. ꝓñtia tenet ex eo q̃ illa que non sunt in ptãte nostre volũtatis nec libertate: nec sum^9 laudãdi nec vituperãdi. Et silr hoc appetimur i nobis ipis vnde ad hoc si essem^9 bñ inclinati ad faciẽdũ vnũ magis q̃z aliud adhuc per libertatẽ nre potestatis possum^9 facere oppositum illi^9: ⁊ ad qd̃ sumus inclinati ⁊ dimittere ⁊ nõ facere illud ad quod sumus inclinati: ⁊ sic patet qualiter equaliter est cõtingens.

Quantum ad 2^m suppono ꝑ q̃ agẽtia nãlia pluries ⁊ frequẽti^9 ꝓducũt effect^9 intẽtos q̃z nõ intẽtos: ꝙ hoc nã pluries ꝓpucit hõ: cũ quinqz digitis in vna manu q̃z cũ plurib^9 vel pauciorib^9: silr pluries ꝓducit vitulus cũ vno capite q̃z cũ plurib^9. ¶ 1ª suppositio q̃ agẽtia: que agũt ex ꝓpositũ: pluries ꝓducũt effectus notabilis bonitatis: vel malitie quos intendũt q̃z q̃ producunt effectus quos nõ intẽdũt: videmus enim illos frequenter ditari qui laborãt: ⁊ itẽdũt pro diuitijs: q̃z illos qui nõ laborãt pro ipsis. verũtñ agentia ꝑm propositũ plus deficiunt ab eoꝝ intẽto q̃z agẽtia pure nãlia nõ agẽtia ꝑm ꝓpositũ: ⁊ hui^9 ratio est: nã agentia naturalia: agũt solũ pp bonũ: agentia autẽ ꝑm propositũ agunt pp bonũ apparens. ¶ 3ª suppositio: q̃ casus ꝓprie loquẽdo: tunc accidit quũ ꝓducit aliquis effectus nõ intẽtus: seu preter intẽtionẽ: ⁊ inclinationẽ agẽtiũ nãliũ non ꝑm ꝓpositũ. Et notãter dico agẽtia ⁊ nõ agẽtia: q̃ q̃zuis eclypsis lune fit ꝑter intẽtionẽ ipsius motoris: pp hoc q̃ eclypsis lune est defectus lune: mõ motor nõ intẽdit defectuz sui orbis mobilis. Et q̃zuis eclypsis lune fiat raro: nõ tñ dicit fieri a casu pp hoc q̃ nõ fit ꝑter intentionez suaꝝ cãrũ agentiũ simul ⁊ nõ agẽtiũ. Patet hoc ẽt ex alio q̃ nõ fiat a casu: nã eclypsis lune põt ꝓsciri: sz casualia ⁊ fortuita nõ possunt ꝓsciri. dicit enim Az: casum ⁊ fortunã eẽ icertam. ¶ 4° suppono q̃ tũc accidit fortuna ꝙñ aliqs effectus notabilis bonitatis vel malitie accidit alicui agenti ꝑm ꝓpositũ ꝑter eius intẽtionẽ: ex ista suppositiõe sequit q̃ illi qui pauciora precogitãt ⁊ intẽdũt plura accidunt eis fortuita: ꝙ hoc q̃ oẽs effect^9 boni q̃ eis accidũt dñr effectus fortuiti: q̃ euenũt eis fortuite pp hoc q̃ accidunt eis ꝑter intẽtionẽ eoꝝ: ⁊ pp hoc cõiter dr: vbi maximus intellect^9 ibi minima fortuna: qd̃ nõ itelligitur q̃ magis sapiẽtib^9 minus de bona accidat: sed intelligit q̃ magis sapiẽtib^9: qui de multis puidẽt pauciores effect^9 dicunt fortuiti: ⁊ min^9 sapiẽtib^9 plures effect^9 dñr fortuiti. Et totũ dr pp hoc q̃ hic terminꝰ fortũa ꝙnotat aliquez effectũ fieri vel accidere ꝑter ei^9 intẽtionẽ. s. illi^9 cui accidit. ¶ Tunc fit ꝑ 3ª ꝓclusio q̃ accipiẽdo casum ꝓprie sicut iã dictuz est: casus reperit in ꝓtingentib^9 raro: ꝙ hoc: naz per tertiã suppositionẽ: tunc casus dicit accidere: qñ ꝓducitur aliqs effectus ꝑter intentionẽ agentiũ nãliũ: sed hoc est raro ⁊ nõ in cõtingentib^9 equaliter: ꝑ primã suppositionẽ: q̃ casus reperit in ꝓtingẽtib^9 raro: ⁊ nõ in ꝓtingẽtibus equaliter. ¶ 2ª ꝓclusio accipiẽdo fortunã ꝓprie sicut dictũ est nõ reperit in ꝓtingẽtib^9 equaliter: ꝙ hat: nã per quartã suppositionẽ: tunc accidit fortuna: qñ euenit aliquis effectus notabilis bonitatis vel malitie ꝑter intentionẽ agentis ꝑm ꝓpositũ: sed hoc est raro ꝑ secundã suppositionẽ ⁊ nõ equaliter: q̃. ¶ 3ª cõclusio accipiẽdo fortunã ímpropie aliter q̃z dictũ est casus ⁊ fortuna reperiũtur in cõtingentibus equaliter: imo adhuc ita large accipiunt casus ⁊ fortuna: q̃ aliquẽ effectũ intẽtũ dicim^9 eẽ fortunã: vnde aliquẽ ludentẽ ad taxillos: si lucratur dicimus hoc eẽ a fortuna: nõ obstãte q̃ intẽdebat lucrari. nã cõmẽtator qñ dixit casum ⁊ fortunã nõ reperiri in ꝓtingentibus equaliter intellexit hoc casum ⁊ fortunã accipiendo proprie: sicut iam exponebatur.

Ad rõnes principales: ad primã qñ dr q̃ diuisio Az. nõ esset sufficiẽs nego: q̃ itẽdebat de illis: que fiũt in ordine semp ꝓsilr mõ. ⁊ q̃dã raro mõ: q̃ aliq̃ dicunt fieri eqliter: nõ est in ordine ad intẽtionez agẽtis. ¶ Allie rõnes ad ducte hincinde vadũt vijs suis.

¶ Tex. cõmẽti. lxxxij.

¶ Peccatũ autẽ fit ⁊ in his: que sunt ex artem ⁊c. Q̃. xvij.

Queritur an nã itẽdat ꝓducere mõstrũ: ⁊ arguit ꝑmo q̃ sic: mõstrũ intẽdit ꝓduci a nã. q̃. Cõsequentia: vi esse bona: añs ꝓbat: aliqñ hec erit vera: mõstrũ intendebat ꝓduci a nã: q̃ aliqñ hec erit vera mõstrũ intendit ꝓduci a nã: ꝓñtia nota est de se: añs ꝓbat: nã posito q̃ iaz ꝓduct^9 sit vn^9 hõ mõstruosus: tũc arguit sic: hoc dẽ mõstrãdo istũ hominẽ intẽdit ꝓduci a nã: sed hoc est mõstrũ: q̃ mõstrũ intẽdit ꝓduci a nã: ꝓñtia bona: q̃ syllogism^9 expositor^9: ⁊ minor est vera. sic ꝙ p casum: q̃ maior sit vera ꝙ q̃ hoc est eiusdẽ spẽi cũ ꝓducẽte: q̃ nõ minus intẽdit ab ipso: q̃z si non eẽt mõstrũ. ¶ 2° ad cuiuscũqz monstri ꝓductionẽ ꝓcurrit ꝑma cã: sed ista nihil ꝓducit ꝑter ei^9 intẽtionẽ: q̃ ad min^9 ipsa intẽdit illud. ¶ 3° mõstrũ est ens nãle: sed quodlibet nãle quũ ꝓducit intẽdit a nã q̃ ⁊c. q̃ mõstrũ sit ens nãle ꝙ: q̃ est cõposituz ex mã: ⁊ forma: ⁊ tale noiatur nãle: q̃. ¶ 4° in ꝓductione monstri mã disponit p nãm: ꝑ gñatione mõstri: q̃ monstrũ intendit a nã: ꝓñtia tenet: q̃ nisi ex hoc posset ꝓbari intẽdi a nã videlicet: q̃ nã disponit per nãm ad gñationẽ mõstri: cõsilr mõ nõ possum^9 ꝓbare nãm agere pp finẽ. vnde pp hoc q̃ nã disponit mãm dispositionib^9 ꝓueniẽtibus fini gñando: nos dicim^9 siue arguimus q̃ nã agat pp finẽ. ¶ 5° nisi monstrũ intẽderet a nã sequeret q̃ postq̃z esset ꝓductũ nõ amplꝰ hꝰet curaz de eo: ꝙñs falsum: salsitas ꝙ: q̃ nos videmus postq̃z aliqs hõ est gñat^9 cũ sex digitis in vna manu: nã ita bñ nutrit ⁊ auget sextũ digitũ sicẽ alios qd̃ nõ eẽt: si nõ hꝰet curã de eo. ¶ 6° mõstra nõ sũt gratis imo fiũt aliqñ pp finẽ: q̃ vi q̃ itẽdãt a nã: ꝓñtia ꝙ: añs ꝓbat: q̃ mõstra fiũt ad denotãdũ euenire aliqd futuꝝ: ꝙ lꝰ p Romanos qñ nascebant eis mõstra offerebãt hec dijs eoꝝ: vt auferrẽt ab eis illud malũ futuꝝ: cui^9 mali illõ mõstrũ erat ꝓnosticatio.

In oppositũ arguit sic: pctñ ⁊ malũ nãe nõ itẽdit a nã: sz mõstrũ dr pctñ nãe: q̃. ¶ 2° mõstruositas est dispositio discõueniẽs ⁊ inãlis iparũ rerũ mõstruosaꝝ: q̃ nã nõ itẽdit ea pp hoc q̃ nã nõ itẽdit discõueniẽtia ⁊ inãlia rerũ nãliũ. ¶ 3° q̃ nã ꝓducat monstrũ: hoc est a casu: qd̃ aũt fit a casu fit ꝑter intentionẽ illi^9 respectu cui^9 dr ille casus. q̃ cũ mõstra dicant casualia respectu nãe ꝓticularis sequit q̃ nã nõ intẽdit ipsorũ defectũ. ¶ 4° sicut est de monstris in arte: ita est ẽt de mõstris in nã: sed sic est: quum artifex facit ea preter intentionem faciendi ea: ergo etiã sic est de monstris naturalib^9: maior videtur etiam vera: minor patet: nam quum aliquis intendit scribere vnam orationem veram: ⁊ scribit vnã falsam: hoc est ꝑter eius intẽtionẽ: ꝙ hoc: q̃ postq̃z

est scripta statim delet eã: qñ videt eã eẽ falsam. ¶ In ista qõne ꝑ videdũ est de qd nois hui⁹ termini ⁊ mõstrum. 2° videdũ est de causis ĩ gñali gñatiõe mõstri. 3° de quesito.

Quantũ ad ꝑmũ sciẽdũ est ꝙ monstrũ dr̃ euenire in nã ꝓter cõem ⁊ solitũ cursum nature ad aliqd futurũ designãdũ: vnde antiq ſic designabat in 6° articulo ꝑ mõstra genita in tali vel tali regione, ꝓnosticabant talia vel talia futura euenire in tali vel tali regno: ita ꝙ hic termin⁹ mõstrũ: est termin⁹ ꝓnotatiu⁹: qui supponẽs ꝓ sbto: ꝓnotat ipm esse factũ ꝓter cõem: ⁊ solitũ cursum nãe ⁊ ꝓnotat ipm habere quãdaꝫ difformitatẽ in ordine ad effect⁹ nãles ꝓsuetos, pduci q̃ꝫuis nõ in ordine ad totũ vniuersum: vnde mõstrũ licet sit q̃dã difformitas ad effectus nãles seu ad aliquos effectus: nõ tũ in ordine ad totũ vniuersum: vñ q̃ꝫuis hõ cũ duob⁹ capitib⁹ sit quedã difformitas in specie humana: nõ tamẽ ad totum vniuersum: ex hoc ꝙ totum vniuersum decoratur ⁊ fit pulchrius per mõstra.

Quantum ad 2ᵐ articulũ sciẽdũ est ꝙ gñatiões mõstrorꝫ: aliqñ fiũt ex pte mãe vt qñ est nimis multa: vel nimis pauca: vñ dicit Albert⁹ ꝙ semel gñabat vna puella cũ mãmis pẽdẽtib⁹: ⁊ hꝫ pp abũdãtiaꝫ seminis: sed qñ gñant hoies sine pedib⁹: vel cum vno pede. hoc est pp paucitatẽ mãe. Aliqñ et mõstra fiũt ex pte ꝓtinẽtis: vñ aliqñ pp strictitudinẽ matricis vel pp rupturã: vel ĩdebitã inuolutionẽ violẽtã gñant mõstra aliter: ⁊ aliter dispoſita. Aliqñ etiã gñant ex pte agẽtis: ⁊ hoc ex pte gñantis istralis sicut sũt q̃litates prime: vnde aliqñ pp nimiũ defectũ calorꝫ vel aliqd hꝫ gñantur viri maleficiati: qui possunt dici mõstra: qr̃ nõ possunt hie vsum cũ mulierib⁹ sicut cõiter solẽt viri. Aliqñ aũt ex pte agẽtis ꝑncipalis: verbi gr̃a si ꝓ aliquo tpe eẽt cõstellatio ꝓueniẽs ꝓ gñatiõe porcorꝫ ⁊ plus in vno tpe q̃ꝫ in alio: tũc forte per illã ꝓstellationẽ gñaret hõ habẽs multũ magis lõgũ q̃ꝫ ꝓsuet⁹ est esse vultus hois: qr̃ illa ꝓstellatio voluit pducere vultũ porci: ⁊ gñans vultũ hois: ille ꝗ cause ꝓcurrẽtes refrangẽtes se adinuicẽ simul producunt vultum hominis longum: ⁊ longior ẽ q̃ꝫ cõmuniter solent esse vultus hominum: ergo ⁊c.

Quantũ ad 3ᵐ articulũ sit ꝑᵃ distinctio: ꝙ duplex est nã vniuersalis ⁊ pticularis. sicut pri⁹ dicebat: per nãm vniuersalẽ itelligit ꝑma cã. ¶ 2ª distinctio nãm aliqd in ordine itẽdere: pot̃ itelligi dupliʳ: vno mõ ꝑncipaliter: tanq̃ꝫ meli⁹ ⁊ optimũ in ordine itẽtiõis. Alio mõ min⁹ ꝑncipaliter: ⁊ quodãmõ minus ꝑncipaliter ꝓditionaliter: vbi nõ pot̃ obtinere optimuꝫ: vbi gr̃a: vt si aliqs iret ad curiã Romanã: ⁊ itẽderet pcurare ẽpatum: ⁊ in casu vbi nõ obtineret ẽpatũ vellet ipetrare vnã dignitatẽ aliã. ſ. preposituram: tũc ꝑncipaliter itẽderet ẽpatum: ⁊ min⁹ ꝑncipaliter itẽderet ꝓpositurã vel aliqd tale ſi ʳ quũ aliqs lapis descẽderet ꝑncipaliter itẽderet descẽdere per lineã rectã: ⁊ min⁹ ꝑncipaliter: ꝑ lineã obliquaꝫ: nã si caderet supra aliquã tabulã trãsuertibiliʳ positã antẽq̃ꝫ descẽderet: descẽderet per lineam obliquaꝫ si posset. ¶ 3ª distinctio ꝙ mõstrũ vno mõ capit ꝓ subiecto alicuius: alio mõ ꝓ mõstruositate seu difformi dispositione subiecti. ¶ Tũc aliqui ponũt istas ꝓclusiones: prima ꝙ nã particularis bñ intẽdit pducere mõstruꝫ accipiẽdo mõstrũ ꝑ sbto: seu ꝓ illa re que est mõstruosa: pbat: nã pducto aliquo mõstro: arguit sic: hoc itẽdit a nã: ꝗ ꝑ conuersionẽ simplicẽ itẽdit nã hoc. Sed hoc est mõstrũ: accipiẽdo mõstrũ ꝑ sbto vel absolute: nõ prout iste termin⁹ mõstrũ notat mõstruositatẽ. ¶ 2ª ꝓclusio nã particularis nõ intẽdit mõstrũ intẽtione ꝑncipali: prout hic termin⁹ monstrũ supponit ꝓ tali dispositione: pꝫ: qr̃ in tali intentione intẽdit ꝙ melius est: mõ talis dispositio nõ est melior. ¶ 3ª cõclusio nã particularis bñ intẽdit mõstruꝫ accipiendo monstrũ ꝓ tali dispositione intentione minus ꝑncipali: pꝫ: quia postq̃ꝫ melius est pductio sub dispositione ẽt indebita quã si omnino nõ produceret: seqr̃ ꝙ appetat producere magis q̃ꝫ oino nõ pducere: ꝗ talis dispositio indebita intẽdit minus ꝑncipaliter. ¶ Breuiter nõ curando de istis cõclusionib⁹ aliter pot̃ saluari qõ ꝓ qua supponendũ est ꝙ aliqua sunt verba sicut sunt ista intelligere cognoscere: scire intẽdere appetere: que terminos sequentes se restringũt ad supponẽdũ ꝓ his, ꝑ quibus supponũt nõ absolute: sed cũ appellatiõe rõnis: nã cõceptus ꝑm quẽ tales accusatiui significãt ea que significant cũ casu accusatiui vel nominatiui ipsorꝫ: si precedũt: talia verba: nõ restringerẽt ad supponẽdũ ꝓ his ꝓ qb⁹ supponũt cũ tali appellatione ⁊ hoc est qd̃ solet dici: predicatũ appellare suã formã ⁊ nõ sbm. Et pp hoc in casu solet ista ꝓcedi venientẽ cognosco: ⁊ nõ cognosco venientẽ: posito casu qui cõiter ponit: ⁊ isto mõ concedit: ꝙ deũ trinũ ⁊ vnũ cognouit Aꝫ. ⁊ tũ Aꝫ. non cognouit deũ trinũ ⁊ vnũ. ¶ Isto supposito sit ꝑma ꝓclusio nã pticularis nõ intẽdit pducere monstrũ: pbat: monstra dicũtur fieri a casu in ordine ad nãꝫ particularẽ: ꝗ nã pticularis ꝑter intẽtionẽ pducit monstra: ⁊ ꝑ ꝓns nõ intẽdit pducere mõstrũ. ¶ 2° nã intẽdit pducere sibi ſilẽ ⁊ nõ dissimile: mõ quũ pducunt mõstra pducunt dissimilia ĩ dispositionibus pducentib⁹. ¶ 2ª ꝓ: mõstrũ intẽdit a nã ꝓ bat ꝑ ꝑmã rõnẽ positã in ꝑncipio qõnis ita ꝙ virt⁹ conclusionũ stat in hoc ꝙ pducto aliquo mõstro nã pticularis bñ intẽdebat pducere hoc sed nõ intẽdebat pducere hꝫ sub tali rõne mõstruosa. ¶ 3ª ꝓ: mõstrũ intẽdit a nã vniuersali: ⁊ nã vlis intẽdit pducere monstrũ: pꝫ: nã ꝙ sunt monstra: hoc est ad decorẽ vniuersi: sed oẽ tale intẽdit nã vlis. Ex alio nã vlis bñ prescit ipm fieri talis dispõnis: ꝗ nõ pducit ipm tale ꝓter itẽtionẽ. ⁊ sic ꝑ ꝓus dicebat in ordine ad ꝑmã cãꝫ: nõ fiũt aliq̃ casualia: sed oia q̃ pducit: ⁊ q̃litercũq̃ꝫ pducit cũ intẽtiõe. ꝗ nã vlis ita intẽdit pducẽ mõstra sic mõstra itẽdũt ab ea. Et imaginãduꝫ ẽ hꝫ: qr̃ sic i arte aliqñ magr̃ opis pcipit subdito suo: vbi gr̃a de arte pigẽdi facias ibi talẽ imaginẽ turpẽ: ita ꝙ ille sbdit⁹ nesciẽs ad quẽ finẽ: vñ dolet ꝙ dr̃ facẽ talẽ imaginẽ: recte facit eã ꝗ itẽtionẽ: vñ postq̃ꝫ circa illã imaginẽ facte sũt alie imagines: tũc ꝑ diuersitatẽ taliũ imaginũ totũ aggregatũ reddit valde pulchrũ: ⁊ hꝫ bñ sciebat magr̃ opis: q̃ꝫuis hꝫ nõ ꝑsciebat subdit⁹. ita recte ẽ i nã quũ pducũt mõstra cã vlis bñ ꝑscit ꝙ ex hꝫ vniuersuꝫ reddit valde pulchrũ: ꝗ intẽdit principaliter monstrum.

Ad rõnes dico ꝙ oẽs rõnes adducte hicide: aliq̃ bñ pbãt ꝙ nã particularis nõ itẽdit mõstrũ: sꝫ ꝙ mõstrũ itẽdit ⁊c. Et aliq̃ bñ pbãt ꝙ nã vlis itendit mõstrũ ⁊ eꝫ: ⁊ nõ ꝙ ista, ꝑ mõstrũ itẽdit a nã particulari: nõ ꝓuertit in istã qd itẽdit a nã est mõstrũ: sꝫ in istaꝫ qd intẽdit a nã particulari est vel erit monstrum.

¶ Tex. cõmẽti. lxxxviij.

¶ Sed tamen nõ sine his quidez facta sunt nõ tamẽ ꝑ hec ⁊c. Qõ. xviij.

Queritur vltimo vtrũ i dispõnib⁹ ⁊ opõnib⁹ nãlib⁹ necessitas sit ex fine: vel ex mã: vbi gr̃a ꝙ dẽtes anteriores sint acuti: ⁊ posteriores sint obtusi. an sit ꝫ exigẽtiã mãe: sic qdã antiq dixerũt ꝙ eẽt pp paucitatẽ mãe vel multitudinem mãe dentiũ ante ⁊ retro. Vel an hoc sit pp finẽ: nam si seꝫ quereꝫ ꝙ agẽs nãle qd agit hꝫ dispositiones cognosceret finẽ: sed hoc est falsum ex eo: ꝙ multa sunt agentia nãlia que nõ cognoscũt finẽ: probat ꝓntia: qr̃ aliter agentia naturalia nõ viderentur agere hꝫ dispositiones nãles nisi a casu. ¶ 2° sicut est in arte ita videtur esse in natura ex eo ꝙ ars est imitatrix nature: sed in arte necessitas capit ex materia

mā ⁊ nō ex fine: assumptū, pbat: qr in cōstitutione domꝰ
ꝑmo ponūtur lapides: qui sunt grauiores: deinde ligna
que sunt iterū minꝰ grauia. mō talis situs ⁊ dispositio do
mus nō fit pp finē ipsius domus: sed fit pp exigentiā ipi
us materie domus. ¶ 3° nā qd pluit nō fit pp aliquēz fi
nem: sed ꝑm exigētiā mātē: g nō cuiuslibet operationis ⁊
dispositionis nālis necessitas puenit ex fine: sed ex mate
ria. ꝓntia tenet: ꝑma ps antecedētis pz: nā si plueret ppter
aliquē finē: hoc videret esse pp cremētū herbarū ⁊ frumē
tor: sed hoc est falsum: qr aliquādo ita nocet sicut pdest:
2ª pars antecedētis pbat qr qd pluit fit ex eo q vapor ca
lefactus calore extrinseco puta solis eleuat sursum vsqz
ad mediā regionē aeris: ⁊ tunc ibi ex frigiditate medie re
gionis aeris ꝓdēsatur in nube: ⁊ puertit in aquā: ⁊ nāli
ter grauis descēdit ⁊ tūc pluit: ex isto sequit q pluuia fit
ꝑm exigētiā mātē ⁊ nō finis. ¶ 4° sepe fiunt operationes
⁊ dispositiones nāles quū tū nō attingit finis: sicut fit in
gnātione monstri: g videt q taliū opationū ⁊ dispositio
nū necessitas fiat ꝑm exigentiā mātē. ¶ 5° demōstrationes
pp quid necessario fiūt per cāz mālē: igit necessitas dispo
sitionū ⁊ operationū nāliū videt eē attribuēda materie:
ꝓntia tenet: nā aliter per terminos significātes mātē nō
vident fieri demōstrationes necessarie: ānſ pz qr demō
strationes nāles que fiunt per oēs cās: fiunt per materiā:
ergo. ¶ 6° illud est cā necessitatis dispositionū ⁊ opatio
nū nāliū ad qd ꝓueniēter rndet ad interrogationē factā
per qd: g necessarie sunt tales dispositiones ⁊ operatiōes
nāles sed hoc ē mā: g maior est nota ⁊ minor: qr qn que
rimus pp qd est hō corruptibilis rndetur qr hz materiā.

Tex. cō. 87. 2. 88. **In oppositū** Ar. in fine huius scdi: vbi vult q
necessitas dispositionū ⁊ opatio
nū nāliū sit ex fine ⁊ nō ex mā: verbi gratia: vt q serra ē
sic vel sic disposita: nō est pp māz sed pp finē serre: puta se
care dura. Silr q dentes anteriores sint acuti: ⁊ posterio
res obtusi nō est pp hoc q in dētibꝰ posteriorib⁹ sit plus
de mā. Sed pp hoc q dētes anteriores debēt diuidere ci
bū: ⁊ dētes posteriores debēt conterere ipm. Silr q ocu
lus est de mā dyaphona puta de aq: est pp hoc q possit
recipere formas ⁊ spēs visibiliū mediātibus qbꝰ pōt fie
ri visio. ¶ In ista qōne ꝑmo videndū est an nā agat pp fi
nem: secundo de quesito.

Quantum ad ꝑmū pono istā cōclusionez q nā
agēs aliquā dispositionē agit illam
pp finē: probat: agens nāle in omni actione sua intendit
finē: g pp illū agit: ānſ pbatur qr si non sequeret q in nā
nihil fieret a casu: sed hoc est falsum: ⁊ ꝗ ea que dicta sūt:
ānſ pbat: qr nihil fieret ꝑter itētionē agētis nālis: post qz
in actione eius nihil itēderet. s. nullū finē tūc ēt nihil pre
ter eius itētionē accideret: ⁊ per ꝓns nihil fieret a casu nā
ꝑm ꝓdicta. ad hoc q aliqd dicat a casu fieri requiritur q
ipm eueniat ꝑter intētionē agētis ꝑticularis ex quo pdu
cit. Et itelligo per itētionē agētis ꝑticularis cognitionez:
vel iclinationē nāe qua iclinat ⁊ dirigit ab itelligētia co
gnoscēte. ¶ 2° ad idē: qr videmus q effectus ⁊ dispositio
nes rerū semp vel frequēter fiunt consimili mō: pz vt q
oculus situat i capite ante ⁊ nō retro ⁊c. qd nō eēt si agēs
nāle in eius actiōe nō itēderet finē. ¶ 3° ad idez si agēs in
sua actione nō itēderet aliquē finē sequeret q oia que p
duceret: pduceret a casu: sed hoc est falsum: probatur cō
sequētia ex eo q nihil eorum que produceret: pduceret
cum intentione sed ꝑter intentionem: ergo ⁊c.

Quantum ad scōm artic ulū pono ꝑmo vnam
distinctionē. ⁊ est q quātū sufficit in
ꝓposito: quoddā dr necessariū simplr: verbi gratia: deuz
esse est necessariū simpliciter. Allio mō dr necessarium ex
suppositiōe: verbi gratia: si aliqs debet diu viuere neces
se est vt habeat alimētū. 3° mō capit pro vtili: verbi gra
tia. Si sortes debet esse ⁊ viuere: necesse est q habeat ve
stes. i. vtile. ⁊ si sortes debet viuere necesse est vt sit oculus
taliter dispositus: qliter est dispositus: tūc ꝑm hoc posset
intelligi qō: vtrū necessitas. i. vtilitas dispositionū nāli
um sit ex fine: vel ex mā. ¶ Isto viso ꝑm intētionem Ar.
pōt rnderi ad qōnē duabꝰ cōclusionibus: quaz ꝑma est
ista: ad hoc q dispositiones ⁊ operatiōes naturales sint
necesse est eē mātē: probat: qr impossibile esset dispositio
nes ⁊ opationes fieri: nisi eēt mā ex qua fierēt: silr nec eēt:
nec posset fieri serra nisi eē mā: silr nec eēnt nec possent fie
ri dentes anteriores acuti: ⁊ posteriores obtusi nisi eēt ma
teria. ¶ 2ª cōclusio: q cā necessitatis. i. vtilitas dispositio
num rerū nāliū est finis: pp quē dispositiones taliū rerū
sunt necessarie: pbat: illud est cā dispositionū rerū nāliū:
per qd ꝓueniēter rndet ad interrogationē factā pp qd: ta
les dispositiōes rerū nāliū sunt necessarie: sed hoc ē finis
⁊ nō mā g: maior nota: minor pz: naz quū querit pp qd
serra est ex mā taliter disposita. Rndet q pp secare du
ra: qzuis ad hoc q sit serra necessariū est q sit ferrū: ⁊ cuz
talis necessitas sit opus ⁊ finis ipsius serre. ¶ 2° sicut i de
monstratione ꝑmisse se habēt ad ꝓclusionē ita in nālibꝰ
finis se hz ad ea que ordinātur ad finē: sed in demonstra
tione necessitas ꝑmissaz est cā necessitatis cōclusionis: er
go in nālibꝰ finis est cā necessitatis eoz que sunt in finez:
maior est nota: qr sicut in demōstratione ꝑmisse ꝑus co
gnoscunt qz ꝓclusio: ⁊ sunt ꝑores in intētione: ita in nāli
bus finis est ꝑus in intētione: qzuis sit posterius in exe
cutione: minor pz pp hoc q si ꝑmisse sunt necessarie ꝓclu
sio est necessaria. ¶ 3° dispositiones rez nāliū fiunt hz exi
gentiā finis: ⁊ nō ꝑm exigētiā mātē: g cā necessitatis rerum
nāliū videt esse finis: ꝓntia tenet: ānſ probat: qr si non fie
ret ꝑm exigentiā finis: sed ꝑm exigētiā mātē: sequeretur q
in gnātione corporū nāliū: ⁊ in entibꝰ nālibꝰ semper ma
gis grauia deberēt situari inferiꝰ: ⁊ magis leuia superiꝰ:
⁊ medio mō se habēt in medio: sed hoc est falsuz ex eo q
postqz semp dispositiones ⁊ situs rerū nāliū fierēt hz exi
gentiā mātē. falsitas ꝓntis pz. nam tūc qd est inferiꝰ in ho
mine deberet eē os: ex eo q ossa sunt magis grauia ⁊ ter
restria: ⁊ totū qd est supra deberet eē spiritus: ⁊ sanguis:
ex eo q ista sunt de nā magis leui: ⁊ totū qd est in medio
deberet esse caro: de mā medio mō se habēt igrauitate ⁊
leuitate inter mātē ossiū ex vna pte: ⁊ mātē sanguinis ex
alia pte: igit recolligēdo ꝓclusiones positas ad hoc q dis
positiones rez nāliū ⁊ ipse res nāles sint: necesse ē eē māz
rei nālis: ⁊ cā talis necessitatis ē finis. qd pz: qr q serra sit:
necesse ē eē ferrū. ⁊ cā talis necessitatis ē finis serre s. diui- Tex. cō. 52.
dere dura silr q oculus sit necesse ē vt mā dyaphona sit.
⁊ talis cā necessitas est finis ipsiꝰ oculi. s. videre. Et 2ª ꝗ in
telligit de dispositiōibꝰ ⁊ opatiōibꝰ saluti: nō aūt de no
ciuis ⁊ corruptiuis: fiē sūt mors: ⁊ senectꝰ: vñ talia non
sūt necessaria simplr propter materiam.

Ad rationes ꝑncipales: ad ꝑmā nō qōcunqz
agēs ⁊c. admittat g nō qōcūqz i
tēdit finē negat ꝓntia: qr itētio finis nō semp sumit p itē
tiōe. s. cognitiōe finis: sz aliqn p iclinatiōe nāli ipiꝰ agētis
ad pducēdū talē: vel talē finē. ¶ Ad 2ᵃᵐ dico q talis finis
⁊ dispositio nō solū fit hz exigētiā mātē: sz ēt pp finē: naz in
factiōe domꝰ sup ligna ponūt grauiora: fiē sūt latera pp
custodiā lignoz vt nō destruāt a pluuia: ⁊ h appet: qr ar
tifex nō solū facit talē situū ad dispōnē illaz rez nāliū ꝑm
exigētiā mātē: vez ēt hz exigētiā finis. ¶ Ad 3ᵃᵐ de pluuia
dico q imo pp cremētū herbaz: sz si aliqn nocet herbis. h
est a casu. ¶ Ad 4ᵃᵐ dico q nō semp opz q attigat finis.
si dispōnes ⁊ opōnes sūt pp finē: qr aliqn agēs nāle bn i
pedit i eiꝰ actiōe nō obstāte q itēdebat finē determiatū.
¶ Ad 5ᵃᵐ dico q ē p ista ꝗne. ¶ Ad vltimā dico q bn ar
guit q dispositionū: ⁊ opationū nāliū corruptibiliuz ne
cessitas capit ex mā: nec h est ꝗ dicta supius.

¶ Et sic ē finis 2ᵈ libri phycoz magri Alberti de Saxonia.

Tertius physicor

¶ Questiones sup 3m librum physicorum eiusdem Magistri Alberti incipiunt.

¶ Tex. cōmēti. j.

¶ Quoniā autē natura est principiū motus ⁊ mutationis ⁊c. Qō. j.

Quantū ad p̄m opꝛ ante oia supponē qd nois moueri: ⁊ qd nois moueri localiter: vñ moueri est ꝓtinue ⁊ successiue aliter se hꝛe nūc q̄z ꝑus se habuit moueri vō localiter est successiue ⁊ ꝓtinue eē in alio loco supposita imobilitate loci: quā ꝓcedit Arꝛ. in 4° huius. Isto supposito sciendū est q̄ de ista qōne aliq tenuerunt q̄ ꝑm Arꝛ. ⁊ cōmētatore nō pōt aliqd moueri localiter sine fluxu distincto a mobili ⁊ loco. Alij aūt tenēt q̄ posset sine hō fluxu: ⁊ de nūo istorꝛ qdā dixerūt: q̄ ad hoc q̄ aliqd dicat moueri localiter: sufficit q̄ ꝓtinue se habeat aliter ⁊ aliter ad vnū aliud corpus. ¶ Alij aūt dixerūt q̄ ad hoc q̄ aliqd moueat localiter requirit ⁊ sufficit q̄ mobile fiat in alio loco q̄z ꝑus. sed ambo isti modi dicēdi deficiūt: ꝑm⁹ eni deficit: qꝛ ita sequeret q̄ ita quiescens moueret: sicut illud qd̄ in rei veritate mouet. sed hoc ē falsum ꝓntia pbat: qꝛ sit a. vnū corpus qescēs. ⁊ sit b. vnū corpus qd̄ moueat: tūc ita se hꝛ aliter a. ad b. sicut b. ad. a. g si ex hō aliqd̄ corpus diceret moueri. q̄ aliter se hꝛet ad aliud corpus q̄z ꝑus se habuit: ita a. qescēs moueret sic b. Nec secūdus modus dicēdi sufficit: q̄ aliqd̄ corpus posset esse: mō in vno loco: ⁊ postea in alio loco: absq; hoc q̄ moueret localiter: q̄z uis bñ muteē localiter: vnde deus posset ponere vnū corpus nūc in vno loco: ⁊ postea ipm̄ mouere ⁊ ponere in alio loco absq; motu locali: dico g aliter: vt mō mihi apparet: ponēdo istā ꝓnē: ꝑ illā ꝑmam opinionē: que ponit hō fluxū supadditū. ¶ Et sit ista ꝓ. q̄ ꝓz illa que admisissent Arꝛ. ⁊ cōmentator ad hō q̄ admoueat requiritur ⁊ sufficit mobile. ⁊ loc⁹. ⁊ mouēs. non tū ista absolute: sed q̄ mobile cōtinue ⁊ successiue sit in alio. ⁊ alio loco supposita imobilitate loci. quam supponerent Arꝛ. ⁊ cōmētator: nec regrit talis flux⁹ supaddit⁹: ⁊ arguo p rōnem eorūmet: que pbāt: q̄ i motu alterationis possumus saluare sine tali fluxu mobile ꝓtinue aliter ⁊ aliter se hꝛe q̄z ꝑus se habuit. g in motu alterationis nō ē ponēdus talis flux⁹ supadditus mobili ⁊ forme que acgrit vel depdit. ita arguā in ꝓposito: cū aliqd moueat localr possumus ꝓtinue saluare q̄ ipm aliter ⁊ aliter se hēat absq; tali fluxu supaddito: g nō opꝛ ponere talē fluxū supadditū añs pbo: ⁊ suppono q̄ ad oēm motū localē regrat mobile. 2° q̄ ad cōem motū localē regrat loc⁹: oēs iste suppositiones patēt ex qd nois moueri localiter: istis duob⁹ positis: mobile p hō q̄ ꝓtinue est in alio ⁊ alio loco: hꝛ se ꝓtinue aliter: ⁊ aliter absq; hō q̄ ponat talis flux⁹: g ⁊c. Sed dices vltima spera mouet localr: ⁊ tū nō possum⁹ saluare: q̄ ꝓtinue se hēat aliter ⁊ aliter: pp hō q̄ fit in alio ⁊ alio loco: ex quo nō ē i aliquo loco: g vi q̄ si hēat alr p fluxū talē: sc. Et ad hō dico: q̄ vltima spera nō mouetur localr ꝑm se totā collectiue sumptū: pz hō: qꝛ ꝓtinue manet i eodē loco: nihilominus sic sibi cōpetit eē in loco: ita ⁊ ēt sibi cōpetit moueri localr rōne ptiū. mō sit ptes mouent localiter ⁊ ꝓtiue se hnt alr ⁊ alr nō p aliquē fluxū eis supadditū: ꝓz pp hō q̄ ꝓtis sūt i alio ⁊ alio loco: ⁊ sic pz ad rōnē illā.

Ad rōnes ꝓncipales. ad p̄mā mot⁹ ē in fieri: dico q̄ p hō Arꝛ. nihil aliud voluit dicē nisi q̄ quū aliqd moueat ꝓtinue se hꝛ alr ⁊ alr q̄z ꝑus se habuit: vt si aliqd moueat localr ꝓtinue ē in alio ⁊ alio loco: ita q̄ p istā auctē bñ ꝓuincit q̄ ad positionem loci ⁊ mobilis absolute

Tex. cō. 6.

Tex. cō. 18. tertij phy.

Tex. cō. 41

Tex. cō. 41

absolute nõ dicim⁹ aliqd moueri. sed ad positionẽ mobilis successione exñtis in alio ⁊ alio loco dicim⁹ aliqd moueri. ¶ Ad 2ᵃᵐ mot⁹ ẽ ens successiuũ ⁊c. dico q̃ Aꝛ. per ꝶ noluit dicere: q̃ mot⁹ sit talis flux⁹ supaddit⁹: sz voluit dicere p ꝶ tñ q̃ qñ aliqd mouet: tũc ipm successiue se hz aliter: ⁊ alr nũc q̃z prius. ¶ Ad 3ᵃᵐ: mot⁹ ꝯdiuidit tpe per ꝶ voluit q̃ quũ aliqd mouet in vna pte tpis acqrit aliqd: ⁊ in alia pte tpis aliud. nõ q̃ sit talis flux⁹: sz q̃ sit de pñto quãtitatis: vel q̃litatis: vel vbi. accipiendo eẽ in pñto de cui⁹ pnoie demõstrãte ipm vificat gñalissimũ talis pñti. ¶ Ad 4ᵃᵐ dico q̃ imo si ponerent istãtia indiuisibilia: ⁊ hoc ad itellũz ad quẽ ponunt: hec ẽ ꝯcedẽda mot⁹ ẽ in istãti p̃m dicta: sic hec ẽ ꝯcedẽda mobile ẽ in istãti. sz tam ẽ hec est negãda: mot⁹ ẽ mot⁹ in istanti: sic ista ẽ negãda mobile mouet in istanti. ⁊ istã itellexit Aꝛ. quũ dixit nõ esse motũ in istanti. ¶ Ad 5ᵃᵐ dico q̃ ita mot⁹ fit a mouẽte sic mobile ⁊ loc⁹: sed bñ ꝯcedo: q̃ mot⁹ fit mot⁹ a mouente: hoc ẽ q̃ mobile fit alr ⁊ alr se hñs: ꝶ est a mouẽte. ¶ Ad 6ᵃᵐ mot⁹ ẽ act⁹ ⁊c. dico q̃ Aꝛ. p ꝶ intellexit: q̃ quuz aliqd mouet: tũc actu hz aliqd alicui⁹ gñis ⁊ adhuc ẽ in po⁹ ad aliud: ⁊ imediate post ꝶ hẽbit illud. ¶ Ad aliã dico q̃ p hoc Aꝛ. noluit plus dicere: nisi q̃ a plurib⁹ sensib⁹ pot p cpi: q̃ aliqd mouet: tactu eniz possum⁹ pcipe q̃ aliquid mouet silr visu. ¶ Ad rõnes alias que pbãt q̃ mot⁹ esset mobile: ad p̃mã qñ dicebat q̃ mot⁹ est act⁹ mobilis: dico q̃ ꝶ nõ itelligit q̃ mot⁹ sit aliq̃ res distincta a mobili que sit act⁹ mobilis: sed itelligit q̃ qñ mobile mouet actu: hz aliqd qd̃ p̃us nõ habuit: vel actu caret aliq̃: quo pri⁹ nõ caruit. ¶ Ad aliã dico q̃ mot⁹ dz eẽ de eẽntia termini ad quẽ: dico q̃ mot⁹ nõ accipit p eo qd̃ mouet sed p illo qd̃ successiue mobili acqrit vel depdit: nec ex hoc sequit aliqd ꝯ dicta. ¶ Ad aliã mot⁹ est subtiue in mobili dico q̃ ibi nõ capit in eẽ sic accñs in subto: sz ibi capit in eẽ p denoiatiue pdicari. vñ mot⁹ esti mobili. i. mot⁹ ẽ pdicabilis denoiatiue de mobili: vbi gra mobile mouet. ¶ Ad aliã pñciat vn⁹ lapis sursuz: tunc ibi ẽ mot⁹ violẽt⁹: dico q̃ p motũ violẽtũ terre nõ dz itelligi aliqs flux⁹ iherẽs: violẽt sz dz itelligi q̃ terra talr mouet ꝶ ẽ a motore extriseco: ita q̃ ꝶ totũ: mot⁹ violẽt⁹: cã breuiloquij ponit loco vni⁹ alteri⁹ longe oratiõis mobile. s. ptinue alr ⁊ alr se hz: ⁊ ꝶ est a motore extrinseco. ¶ Deinde ad rõnes: q̃ nõ sũt nãles: sed ꝶ veritatẽ ⁊ fidẽ pbãtes motũ localẽ non eẽ mobile: nec locũ. ¶ Ad p̃mã quum arguebat põat q̃ forma denudet a mã: ⁊ mãeat sine aliq̃ forma istũ casuz nõ admitteret Aꝛ. nihilomin⁹ si admitteret: pp ꝶ nõ oporteret ꝯcedere q̃ ad ꝶ q̃ aliqd mouerẽt localr: ponerẽt flux⁹ talis: qꝛ sine tali fluxu posset saluari q̃ mã se hẽt alr: ⁊ alr pp ꝶ q̃ ptinue eẽt in alio ⁊ alio loco. ¶ Ad aliam dico q̃ nec Aꝛ. nec cõmẽtator admisissent aliq̃ mõ q̃ tot⁹ mũdus fieret vnũ ptinuũ: ⁊ silr q̃ mouerẽt ab oriẽte ⁊c. nec silr admisisset q̃ de⁹ posset mouẽ istũ mũdũ motu recto: verũtã si isti p̃ casus admitterẽt nõ pp ꝶ ꝯcedẽdũ eẽt q̃ mundus mouerẽt localr pp ꝶ: q̃ ad ꝶ q̃ moueat localr: regrit q̃ mutet locũ: seu q̃ p̃us fuerit i vno loco: ⁊ postea in alio: mõ qꝛ tot⁹ mũdus collectiue sũpt⁹ nõ ẽ i loco ex eo q̃ nihil ẽ ex seipz: segt q̃ nõ pot moueri localr. nihilominus istis casib⁹ ꝯcessis bñ eẽt ꝯcedẽdũ: q̃ mouerẽt: sz nõ eẽt ꝯcedẽdũ q̃ mouerẽt localr. finalr g̃ dico: q̃ volẽtes loq ⁊ ꝯcedẽ q̃ ꝯcessisset Aꝛ. nõ cogũt ad ponẽdũ: q̃ ad motũ locale: seu ad ꝶ q̃ qd dicat moueri localr: regrat talis fluxus supaddit⁹. eo q̃ sine tali posset saluari aliter ⁊ aliter se haberi. ⁊ in alio ⁊ alio loco. Nõ. vij.

Trum admittentes casus diuinos oporteat ꝯcedẽ q̃ mot⁹ localis sit alia res a mobili ⁊ loco: ⁊ arguit p̃ q̃ nõ p rõnes fcãs p 2ᵃ pte qõnis precedentis.

In oppositũ argr: nã admittẽtes hꝰ casus hñt admittẽ q̃ de⁹ oia alia a se posset ãnihilare pter vnũ mobile: ⁊ illõ mouere ab oriẽte vsus occidẽs: vt vbi gra spa lũe: tũc ꝶ admisso. s. ꝯcũq̃z extriseco spere lũe ãnihilato: ⁊ ipsa sit mota: qꝛ mouet ptinue: se hz alr ⁊ alr: q̃z prius: sz nõ se hz alr ⁊ alr ad aliqd̃ extrisecũ: ex eo q̃ qd̃libet extrisecũ ẽ ãnihilatũ pter sperã: g̃ opz dicere: q̃ se hz alr ⁊ alr reᵘ itrinseci: sz ꝶ nõ possem⁹ saluare nisi põerem⁹ motũ ipsi⁹ eẽ qd̃dã supadditũ: ad qd̃ pti⁹ se hz alr: hz q̃ vna vice hz vnã pte illi⁹ mot⁹: ⁊ alia vice aliã: ⁊ q̃ rõne oibus annihilatis mouet tali fluxu supaddito: eadẽ rõne vi q̃ ⁊ pri⁹. Sz tũc isti admittẽtes casus diuinos cogũt alr rñdere: q̃z nõ volẽtes admittẽ casus diuinos: sic eẽnt solum volẽtes loq ⁊ admittẽ in pson Aꝛ. ¶ Nos igit volentes admittẽ casus diuinos suppõim⁹ p̃ q̃ moueri ẽ alr ⁊ alr se hẽ p̃m pri⁹ ⁊ posteri⁹ ptinue. ¶ 2° suppõim⁹ q̃ de⁹ posset facẽ totalẽ mũdũ. s. orbes celestes ⁊ ista iseriora vnum ptinuũ ⁊ ipm voluere ab oriẽte vsus occidẽs: vel alr p̃m velle suũ. ¶ Tũc sit p̃ª q̃ mũdus nõ dz moueri pp ꝶ q̃ ptinue se hz alr ⁊ alr reᵘ alicui⁹ extrisecũ: pz ꝶ. ex eo q̃ nullũ est extrisecũ. nã oia facta sũt vnũ ptinuũ p casum. ¶ 2ª q̃ mũdus nõ dz moueri pp ꝶ q̃ ptinue se hz ad aliqd̃ extrinsecũ si eẽt: pbat p descriptionẽ moueri. nã ad ꝶ q̃ aliqd actualr se hẽat p̃m p̃us ⁊ posteri⁹ alr ⁊ alr nõ sufficit q̃ ꝯditiõalr se hẽat alr ⁊ alr: sed dices. q̃ solus mũdus i isto casu se hz alr ⁊ alr ꝯditiõalr ⁊ nõ actualr: dico tñ q̃ mũdus mouet solũ ꝯditiõalr: ⁊ nõ actualr qd̃ ẽ ꝯ casuz. ¶ 3ª q̃ mũdus dz iõ moueri: qꝛ ptinue se hz alr ⁊ alr itrisece: pz ꝶ: qꝛ ad ꝶ q̃ aliqd moueat: regrit q̃ se hẽat alr ⁊ alr p p̃mã suppõnẽ: g̃ si mũdus mouet p scẽdam suppõnẽ ptinue se hz alr ⁊ alr: sed nõ ꝶz extrisecũ sic pz p p̃maz ꝯnẽ: g̃ p̃m aliqd̃ itrisecũ. ¶ 4ª q̃ illud itrinsecũ nõ ẽ illud mobile lz fit aliqd sibi iherẽs: pz ꝶ: qꝛ mobile ad semetipz nõ pot se alr hẽ q̃z p̃us: ex eo q̃ ad alr ⁊ alr se hẽ regrit q̃dã diuersitas: mõ mobile p̃m suã ꝶaz nõ ẽ diuersum ⁊ seipso accepto ꝶz eãdẽ ꝶaz. ¶ 5ª q̃ illud itrisecũ ꝶz qd̃ mobile alr ⁊ alr se hẽt est ipse mot⁹: seu flux⁹: pbat qꝛ si mũdus sic mouerẽt: nihil aliud sibi acqrit nisi fit talis mot⁹ vñ de⁹ pot totalẽ mũdũ mouere absq̃z ꝶ q̃ acqrat sibi aliq̃ alia distinctio a motu. ¶ 6ª q̃ mot⁹ talis ẽ res distincta a mobili: pz ex 4ª ⁊ 5ª q̃ne. ¶ 7ª q̃. in oi mobili qd̃ localiter mouet volẽtes admittẽ casus diuinos opz põere fluxũ seu motũ iherẽtẽ mobili q̃ successiõe illi mobili acqrit: p bat: qꝛ tales hñt admittẽ: q̃ de⁹ posset mouere aliqd̃ mobile quocũq̃z extriseco ãnihilato pfili motu in spẽ: absq̃z pductiõe alicui⁹ rei: que nec ipsa nec sibi filis pẽristebat i illo mobili. sed ꝶ nõ posset si ab oib⁹ annihilatis illõ mobile mouerẽt aliq̃ fluxu: sibi supaddito: ⁊ nõ pri⁹ sic pz in tuẽti: g̃ ⁊c. vñ si diceremur q̃ si aliqs lapis descẽdat: sz nõ fluxu sibi supaddito: sz si oia pter ipm eẽnt annihilata ⁊ tũc descẽdẽt: ꝶ eẽt mediãte fluxu supaddito: sz ꝶ nõ vz: qꝛ tũc oportẽt q̃ oib⁹ ãnihilatis pter extrisecũ si debẽt moueri pfili motu i spẽ: sic pri⁹ mouebat: q̃ aliq̃ res: siue flux⁹ de nouo i ipso pduceret: q̃ res nec sibi filis pẽristebat i ipso: cui⁹ opp^m facẽt de⁹. ¶ Sz aliqs dubitaret posito q̃ aliqs lapis sic descẽdat: ⁊ qñ icipit descẽdẽ adhuc nõ qd̃libet extrisecũ ei fit ãnihilatũ: tũc mãifestũ ẽ q̃ mouet localit: ⁊ põat vlteri⁹ q̃ iteriz q̃ sic descẽdit: q̃ oia sibi extrisecã ãnihilẽt: puta locus ⁊ pfilia: qb⁹ annihilatis adhuc lapis mouet q̃ talis mot⁹ lapidis debeat dici localis dico q̃ nõ qꝛ nõ ẽ ad locũ: nec talis lapis mutat loca: pp ꝶ q̃ glibet loc⁹ ãnihilat⁹ p casuz. ¶ Ex ꝶ segt: q̃ si loc⁹ eẽt ens pmanẽs ꝶ posset ꝯcedi mot⁹ localis ẽ qñ nõ ẽ localis: pz qꝛ de motu talis lapidis: q̃ p̃ ẽ localis ⁊ postea nõ ẽ: ex ꝶ vlteri⁹ segt q̃ possent eẽ duo mot⁹ eiusdẽ spẽi quoꝝ vn⁹ ẽ localis ⁊ alter nõ: pz de motui lapidis i loco ⁊ de motu eiusdẽ nõ i loco. ¶ 2° pz ꝶ idẽ de motu vltie spe q̃ nõ ẽ localis: pp ꝶ q̃ nõ ẽ i loco: ⁊ tñ ẽ eiusdẽ spẽi cuz motu pfili q̃ eẽt i loco: vñ si ad imaginationẽ circa vltimã sperã crea

ret vn loc: vltia spa voluerek: motu eode q mõ mouek: z tñ tũc diceret moueri localr: ꝗz ptes ei in quexo: ꝑm q nũc nõ dr moueri localr. Sz diceres: ex istis dictis seqtur q nõ ois mot ẽ localis vl alterationis: z sic de silib qd est falsuz. ¶ Rñdemur: ꝓcedẽdo ḃ: ꝗz tñ dic q nõ pp ḃ seqt q plres sint spes mot q̃z tres cõputãdo motũ augmẽtationis z diminutionis sil: qr ois mot mobilis ẽ eiusdẽ spei cũ motu locali: vl alterationis: vel diminutionis: vñ cuz totalis mũdus fact vnũ ꝓtinuũ mouerek ab oriẽte: vsus occidẽs q̃zuis mot ei nõ fit localis. tñ ẽ eiusdẽ spei cũ motu locali: vñ ly locale ẽ q̃dã denoiatio extrinseca ipsi mot: sic albũ: vl nigrũ ipt sbe: vñ posito q sor. ñ eẽt aliq̃ colore: colorat z plato eẽt alb adhuc sor. z plato essent eiusdẽ spei sic i pposito: motus totalis mũdi sic facti vnũ ꝓtinuũ q̃zuis ñ fit local: ẽ tñ eiusdẽ spei cũ motu: quẽ vocam localẽ.

Ad rõnes ad ꝑmã. seqrek q mot eẽt mot. z sic in infinitũ: negak ꝓñtia: z quum dicebak: si mot eẽt talis flux tũc eẽt i mobili: ꝓcedo: z quũ diceba tur: g̃ moueret: ꝑt dici q sic: ꝗz ḃ eẽt p accñs. s. pp ḃ q mobile i q̃ ẽ mouek: z pp ḃ nõ opz motũ sibi supadditũ eẽ q mouek. ¶ Ad 2am dico q ñ magis ẽ icõueniẽs q mot localis ꝓseruek mobili z loco ãnihilato: q̃z q albedo ꝓseruek z nihil fit albũ: nec ex ḃ seqt motũ localẽ eẽ mobili. z loco ãnihilato: ꝗz bñ seqt motũ eẽ q pri fuit localis. z mõ nõ mobili z loco ãnihilato. ¶ Ad 3am de pt creare aliq̃z rẽ de nouo. z illã mouere abſq; oi ꝓductione alteri rei de nouo: nego ḃ: qr iplicaret ꝗdictionez q de mouẽt aliq̃z rẽ p moueri eiusdẽ spei cũ moueri localr abſq; ꝓductione alicui rei noue: mõ de pt facẽ qcqd fieri nõ implicat ꝗdictionẽ: ꝗz nõ pt facẽ qd iplicat ꝗdictionez fieri. ¶ Ad 4am mot z tẽ. rñdek ḃ p distictionẽ cõmẽtatoris itelligẽdo ipaz sic vba sonãt: q mot accipit dupli: vno mõ. p fluxu foie fluẽtis. Alio p foia fluẽte: p mõ ñ ẽ de eẽntia termini adquẽ: ꝗz bñ 2o mõ: vñ i motu locali foia fluẽs dr locus seu spaciũ: cui vna ps acqrit post aliã. In motu aũt alterationis foia fluens dr q̃litas q̃ successiue acqrit alterabili: z in motu alterationis: idẽ ẽ flusus z foia fluẽs: ꝗz nõ i motu locali: vt pz ex ꝓcedẽtib. ¶ Ad 5am dico q nõ est sile de gete z de motu: ges eni ẽ puatio. mot aũt quoddã positiuum. ¶ Ad vltmã dico: imo necesse ẽ pocre hꝰ saltẽ volẽtes admittere casus diuinos: z quõ fit necesse patet ex dictis.

¶ Tex. cõmẽti. xxviij.

¶ Et dubiũ aũt manifestũ est: q est motus in mobili ꝛc. Qõ. viij.

Queritur 8o vtꝛ mot fit subtiue in mobili: vl i mouẽte: z arguit p q i mouẽte: qr i illo ẽ mot: qd mouek: z mutat: ꝗz oẽ moues quũ mouet: vl incipit mouẽ mouek: vl incipit moueri: g̃ maior ẽ nõ: z minor, pbat: qr quũ aliqd moues mouet ꝓtinue se hz alr z alr: ex eo q p facẽ ipz mobile eẽ i vno loco: z postea i alio. cõsil mõ argt de mouẽte alterãtiue sil quũ aliqd moues incipit mouẽ: tũc incipit alr se hẽ ex eo q tũc nõ mouet: ꝗz pmouebit: cũ g̃ moueri sit ꝓtinue alr z alr se hẽ vi q mouek moues. ¶ 2o sic se hz ges ad gescẽs: ita se hz mot ad moues: ꝗz ita ẽ q ges hz se i gescẽte subtiue: g̃ mot i mouẽte subtiue: g̃ nõ i mobili. ¶ 3o mot ẽ i illo: qd denoiat: ꝗz mot denoiat moues: g̃ mot ẽ i mouẽte: g̃ nõ i mobili. maior ẽ nõ a sil: qr albedo ẽ i pariete quẽ denoiat: minor pz: qr dicim q moues mouek. ¶ 4o act ẽ i eo cui ẽ act: ꝗz mot ẽ act mouẽt: g̃. ¶ 5o actõ ẽ i agẽte z nõ i passo. g̃ mot ẽ i mouẽte z nõ i moto: ꝓñtia tz ex eo q p Az. i isto 3o actio ẽ isepabilr cũ motu: z silr p auctorẽ sex pnõ ois actio ẽ i motu. añs pbat: qr actio denoiat agẽs: z nõ passum: ergo est in agẽte z nõ i passo pp hoc q sic denoians est in eo qd denominat: ergo z tẽ.

Tex. cõ. 18. **In oppositũ** ẽ Az. i isto 3o q vult q mot ẽ sbiectiue i motu. i. in eo qd mouek. Et silr dicit ꝓor: q mot ẽ bñ mouẽtis: ꝗz nõ i eo. Et pbat rõne: qr mot nõ ẽ i mouẽte ꝑm q moues: qr sic seqrek: q oẽ moues mouerek: ꝗz ḃ ẽ fim: qr ẽ dar moues imo ic: ꝓñtia tz ex eo q ly ꝗz reduplicat d oi: ex ḃ reliquit q moues ẽ i mo it: z nõ i mouẽte ꝗz q moues. ¶ Ad qõne po vidẽdũ ẽ d q aliq̃lr tãgebat i po arg: vtrũ i q̃lz agẽte oporteat ponere disponem supadditam. 2o vidẽdũ est de quesito.

Quantũ ad pm sciẽdũ: q qddã ẽ agẽs imuta ic z in corporeũ: qddã vo mutabile z corporeũ. ¶ Alia distictio agẽtiũ mutabiliũ z corporeũ qddã ẽ qd i agẽdo nõ repatit: sicut ẽ celũ. sol illuminãs ista iferiora: qddã vo ẽ qd i agẽdo repatit: sic calidũ: frigidũ: z hmõi. ¶ Tũc sit pa ꝗ: ad ḃ q agẽs imutabile agat: nõ opz i ipz ponere aliquã disponẽ supadditã ꝑm quã agat: pz ḃ de pa cã: q̃ agit aliqd absq; ḃ q poat aliqd sibi supadditum: ex eo q ẽ ẽntia: oino simpler. ¶ 2a ꝗ: ad ḃ q agẽs mutabile corpeũ: qd i agẽdo nõ repatit agat: ñ opz ponẽ i ipo aliq̃z disponẽ sibi supadditã pz de sole: q nõ agẽt i ista iferiora illuminãdo: nisi i ipo poẽret lux q ẽ q̃dã q̃litas sibi supaddita: z ꝗz quã diffũdet circa se lumẽ. ¶ 3a ꝗ: ad ḃ q tale agẽs agat nõ opz ponẽ i ipo aliq̃z nouã disponẽ q̃z pri nõ hũit: pz ḃ: nã q sol suo lumie calefaciat ista iferiora nõ opz q aliq̃z hẽat disponẽ nouã: q̃ pri caruit: vñ ad ḃ suffiẽ sol lux z calefactibilia. z q debite sint approxima. Sz dicẽt aliqs ꝗ poat q sor. de nouo sit gñat: z calefiat a sole: tũc sol alr se hz q̃z pri se hũit eo q mõ calefacit sor. z pnõ calefeẽ ipz. mõ nõ pt alr se hẽ q̃z p se hũit: nisi sit aliqd sibi supadditũ: vl sibi ãmotũ: ꝗz clarz ẽ q nihil ẽ amotũ a sole: g̃. ¶ 2o nã sol nõ calefac ista iferiora nisi moueat localr: ꝗz mot local ẽ dispo supaddita: g̃. ¶ Rñdet ad pm q nihil itrisece se pt hẽ alr z alr q̃z pn nisi fit sibi aliqd supadditũ: vl aliqd ab eo remotũ: nihilominꝰ pt se hẽ alr z alr q̃z p denoiatione extrinseca nõ qr ipz fit mutatũ: ꝗz aliqd alid ab ipo: z tũc nõ opz ponẽ aliquã disponẽ supadditã illi. qd alr dr se hẽ extrisece: vñ ista colũna ẽ mihi a sinistris si vertã me erit mihi a dextris nõ pp ḃ opz ponẽ aliq̃z mutationẽ factã i me: z sic silr de aliqũ creat: aliqũ nõ: nõ tñ pp ḃ opz ponẽ aliquã mutationẽ i deo factaz: ꝗz bñ i creatura. z sic silr mõ: sic arguebat i p argũẽto: dico q cũ talis motor mouet aliqd z pri nõ mouebat nõ pp ḃ opz ponẽ mutationẽ eẽ in ipso mouẽte: ꝗz bñ i ipso mobili: qr q̃z moues alr se hẽat q̃z pri: ḃ tñ ẽ ꝑm denoiationẽ extrisecã: z ex ḃ pz ad pm. ¶ Ad 2am istãtiã dico negãdo q sol nõ posset illuminare nisi moueret: vnde si sol qescẽret adhuc illuminaret: z mediãte suo lumine calefacẽt ista iferiora. ¶ 4a ꝗ: silr ad ḃ q agẽs mutabile corpeũ qd i agẽdo repatit agat: opz ponẽ in ipso aliquaz disponẽ sibi supadditã ꝑm quã agat: pz ḃ qr calidũ non ageret nisi in ipso eẽt caliditas. ¶ 5a ꝗ: in tali agẽte quuz repatit: opz ponere aliquã disponẽ nouã: sed verũ est q ꝑm illã nõ dr agere: sed pati: sic g̃ pz q ad ḃ q aliqd agat nõ opz q in ipso fit aliq̃ dispositio noua q̃ nõ pri erat in ipso: nisi tũc poneret q aliqd in mouẽdo moueret seipz localiter. z q mot localis eẽt flux supaddit mobili z tẽ.

Quantũ ad 2m. fit pa distictio: de eẽ i sbto. s. q vno mõ eẽ in sbto dr aliqd ꝑm realẽ inherentiã: eo mõ q̃ dicim q albedo inest parieti. ¶ Alio mõ ꝗz pdicationẽ: isto mõ solem dicẽ pdicatũ iesse sbto: qr vere z affirmatiue pdicat de ipso. Tũc sit pa ꝗ. q si mot localis nõ ponit res distincta a mobili: nõ ois mot ẽ in mobili tanq̃z in sbto: z ḃ ꝑm realẽ inherẽtiã: ḃ pz qr nihil qd nõ est distinctũ ab alio est in ipso: ꝑm realẽ inherentiã: z per ꝓñs si mot localis nõ ponit res disticta a mobili nõ ẽ in ipso ꝑm realẽ iherẽtiã z tẽ. ¶ 2a ꝗ si mot localis nõ ponit res disticta a mobili: tũc dr eẽ in mobili ꝗz pdicationẽ: pz ḃ qr ly mot localis ẽ vificabilis affirmatiue: z denoiatiue d mobili. vbi gra dicẽdo: mobile mouek localr. ¶ 3a ꝗ mot alterationis ẽ i alterabili: ꝗz realẽ iherẽtiã: pz ḃ qr motus localis alterationis nõ ẽ aliud q̃z forma accñtalis: que ipsi alterabili

ipsi alterabili successiue acqrit: sz talis ē ī alterabili ꝓz realē iherētiā. ¶ 4ª ꝯ si motꝰ localis ponit res distincta a mobili: ē ī mobili ꝓz realē iherētiā: pz ꝶ q: nō eēt ī mouēte ex eo q alr nō posset aliqd agēs mouere de nouo nisi de nouo itrinsece hiet se alr: qz pus: mō ꝶ est ꝯtra pus dicta in pmo Alg. ⁊ q: pmus motor mouet pm mobile: absqz hoc q ponat aliqd in ipso de nouo. ¶ 5ª ꝯclusio: siue motus localis ponat res distincta a mobili siue nō: ois motꝰ est in mobili subiectiue: vel pm realē inherētiā: vel ꝓz pdicationē: hoc satis pz ex dictis in questione ⁊c.

Ad rationes prima soluta est: ad 2am quis est in gescēte: dico q ges est gescens vno mō actiue sicut tenens aliū. ⁊ gescēs ipm: ⁊ sic accipiendo gescens ꝯcedo q sicut se hz ges ad gescens sic se hz motus ad mouēs: ⁊ sic vlterius dico q quies nō est in gescente. Alio mō dī quiescēs idem qd quietatū passiui gīis: ⁊ sic accipiēdo bñ ꝯcedo q ges est in gescēte saltē ꝓz pdicationē: ⁊ denoiationē: ⁊ vlterius sic accipiēdo: nego q sicut se hz motus ad mouēs: sic ges ad gescēs. Sz bñ cōcedo q sicut se hz motꝰ ad motū sic se hz quies ad gescēs. i. quietatuz. ¶ Ad 3am: motꝰ est in eo qd denoiat: dico q aliqñ capit: est in: sicut effectꝰ ī suo efficiēte. aliqñ vo sicut accīs in suo sbto: mō motꝰ bñ iest mouēti: sicut effectꝰ est efficiēti notū: sicut accīs in subiecto. ¶ Ad 4am ⁊ quintā simili modo.

Questio. ix.

Queritur nono vtrum ois actio sit passio: ⁊ arguit ꝑ° q nō: actio ⁊ passio sunt pdicamenta distincta: g vnū eoz nō est verisile d alio affirmatiue: añs pz ex eo q eēntie pdicamētoz sunt ĩpermixte: ⁊ ꝯfirmat: nā Alg. in ꝑ° posteriorum dicit q ppōnes negatiue sunt ĩmediate in qbꝰ vnū gīalissimū vniꝰ pdicamēti negat de gīalissimo alterius pdicamenti. ¶ 2° arguit auēte Lōmē. ꝑ metace. dicētis q qdditates pdicamētoz sunt diuerse: ⁊ p ꝯñs vnuz pdicamentū nō est verificabile affirmatiue de alio. ¶ 3° effectꝰ nō est idē cū illo cuiꝰ dī effectꝰ. sed passio est effectꝰ actiōis g. maior est nota: ⁊ minor pbat p auctorem sex pn°ꝝ dicētem passio est effectꝰ illatio qz actiōis. ¶ 4° naz dī 5° metha^ce. quecūqz sunt diuersa gīe: sunt diuersa spē: ⁊ qcūqz sunt diuersa spē: sunt diuersa nūo. sz qcūqz sunt diuersa nūo vnū illoz nō ē aliud: g actio nō est passio. ¶ 5° actio est passio: g agere ē pati ⁊ p ꝯñs agēs ē patiēs: ꝶ aūt ē falsum: nā multa agunt que nō patiunt. ⁊ ꝯñtia tz p locū a ꝯiugatis. ¶ 6° distinctaꝝ poª^ꝝ actꝰ ppriꝰ sunt distincti: sz poª actiua ⁊ passiua sunt poᵉ distincte ⁊ actio est ppriꝰ actꝰ poᵉ actiue. ⁊ passio poᵉ passiue. g actio ⁊ passio distinguunt abinuicez. maior est nota: ex eo q distinctio poª^ꝝ capitur penes distinctionē suoz actuum. ergo.

Tex. cō. 12.

Tex. cō. 18.

In oppositum videt esse Alg. in isto 3°. dicit eni q idē ē actꝰ motiui ē actio: ⁊ actꝰ mobilis est passio: g idē est actio ⁊ passio. ¶ 2° nā p Alg. 2° de gia: idē est actꝰ sensibilis ⁊ sensitiui: idē. n. est visio qua visus videt: ⁊ visibile vi: sz ꝶ nō eēt nisi actio eēt passio. ¶ 3° naz dicit Lōmē. 5° metha^ce. q iter agēs ⁊ patiēs est distātia ĩtrinseca: que in ordine ad agēs dī actio: ⁊ in ordine ad patiens dī passio. ¶ 4° vtrūqz eoz est motꝰ ⁊ vtrūqz eoz ꝯcedit a mouēte: sz nō sunt motꝰ distincti: sz vnꝰ: g actio ē passio: ⁊ eꝗ ꝯñtia tz: pª ps añtis pz de se: sz 2ª ps añtis declarat. s. q nō sunt motꝰ distincti: nā si sic: tūc agēs: qñ ageret in passuz oportet ꝯducere ĩpm duos motꝰ qz vnꝰ eēt actio ⁊ aliꝰ passio: sz ꝶ est falsuz: sufficit. n. vnꝰ. ¶ In ista qōne ꝑ° distinguendū est de actione ⁊ passione: 2° ponēde sunt ꝯnes.

Quantū ad ꝑm distinguēdū ꝑ° est de ꝶ noīe actio: vñ actio aliqñ sumit ꝓ oi actu: isto mō dī 12° metha^ce. q deꝰ est actio pura. ¶ 2° mō accipit ꝓ eo qd est significabile p modum actꝰ scdī: isto mō accipit quū dī q itellectio ⁊ volitio sunt actꝰ ipsiꝰ dei. ¶ 3° mō ꝶ nomē actio restringit ad opationes electiuas que ꝯcedunt ex electione: ⁊ isto mō distinguit actio ꝗ factionē ⁊ scie factiue ꝗ actiuas. ¶ 4° mō actio dī opatio ipsiꝰ agētis: ⁊ sic nō distinguit ꝗ factionez: ⁊ sic accipiēdo ponitur vnū pdicamētū de decē. ¶ Deide distinguēdū est de hoc noīe passio: vno mō accipit idifferenter ꝓ quacūqz fora accītali. isto mō accipit quū dī turpitudinē: vl pulchritudinē eē passiōes corpis ⁊ scias ⁊ virtutes eē passiōes aie. ¶ 2° ꝶ nomē passio restrigit ad q̄litates sensibiles: isto mō qualitates de 3ª spē dñr passiōes. ¶ 3° mō capit p motibus ⁊ actibꝰ appetitꝰ ⁊ maxīe sensitiui: ⁊ isto mō ꝶ nomē passio accipit ꝓ moralibꝰ: vñ scia moralis dz refrenare hꝰ passiones. ¶ 4° ꝶ nomen passio restringit ad motus nociuos: ⁊ ad corruptiones: ⁊ isto mō accipit: quū dī q ifirmus patit. ¶ 5° mō dī passio in ordine ad sbz: vñ qñ cūqz sunt duo termini supponētes p eadē re vnus eorū addit aliquā ꝯnotationē: q vocat passio: ⁊ reliquꝰ vocat sbm: ⁊ isto mō iste terminꝰ visibile vocat passio: ⁊ hic terminꝰ hō vocat sbz: ⁊ ita accipit passio in libro posterioꝝ. ¶ Ultio mō passio dī opatio agētis put recipit in passo: ⁊ isto mō. ꝶ nomē ponit vnū pdicamētū ⁊ vltimo mō accipiēdo passionē accipitur in titulo qōnis.

Quantū ad 1m sit ꝑª ꝗ: pole est actionē esse absqz ꝶ q sit passio: pbat: q: pole ē q deꝰ creet vnā albedinē absqz ꝶ q creet eā ī aliq sbto: sz tūc eēt actio ⁊ ñ passio ex eo q ista actio nō recipet in aliq sbto: sil ī mō si crearet vnā portionē mātē ptē añ ptē. ¶ 2ª ꝗ: ipole ē eē passionem nisi fit actio: pbat q: ipole est q aliqd pijciat surs uz: ⁊ trāsmutet nisi ab aliq pijciat: sz si ab aliq pijcit: tūc aliqd agit: ⁊ si agit vt tūc est actio: g si aliqd patit opz esse actionē: ⁊ p ꝯñs passio nō pōt eē nisi fit actio. ¶ 3ª ꝗ: ois actio nālis ē passio: pbat: cuiuslibz agētis nālis actio recipit ī aliq: g cuiuslibet agētis nālis actio ē passio: ꝯñtia tz ex eo q passio dī opatio agētis put recipit ī passo: añs pz ex eo q nullū agēs nāle agit nisi ī aliq psupposito: p ꝶ. n. differt ab agēte supnāli: q: agēs supnāle pōt agere nullo sbto psupposito ī qd agat. ⁊ ī q eiꝰ actio recipiat. ¶ 4ª ꝗ: ois motꝰ ē actio ⁊ passio: pz q: ois motꝰ ē opatio pducta ab agēte: ⁊ recepta ī passo. Sz ꝶ nomē actio ꝯnotat illaz opationē eē ab agēte: ⁊ ꝶ nomē passio ꝯnotat eādē rez eē receptā ī passo: g ita ē: q ista duo noīa actio ⁊ passio supponūt p eodē re. s. p eadē motu: vel p eodē p q supponit ꝶ nomē motꝰ: sz ꝶ nomē actio ꝯnotat ꝶ eē pductū ab agēte: ⁊ ꝶ nomē passio ꝯnotat ꝶ idē eē receptū in passo: sz ꝶ nomē motꝰ significat ꝶ idē: nō ꝯnotādo: q recipiat ī passo: nec q pducat ab agēte. Ex q segit q actio ⁊ passio sunt passiōes motꝰ. q: sic dicebat iste terminꝰ dī passio reᵗ alteriꝰ: q: supponit cū eodē p eadē: sz vltra addit quādā ꝯnotationē extraneā: mō sic se hz iste terminꝰ actio ad hūc terminū motꝰ: ⁊ sil ī hic terminꝰ passio ad eādē: g vtrūqz eoz dī passio motꝰ. ⁊ ꝶ voluit Alg. in isto 3°: quū dixit actio ⁊ passio nō hnt oino eādē significationez: ⁊ quū dixit actio ⁊ passio sunt motui. Ulī q: vnus hz aliā ꝯnotationē q̄z aliꝰ nō dī hīe oino eādē significationē: ⁊ quū dixit actio ⁊ passio sunt motui: q: sunt passiones motꝰ dñr ī ne motui nō qdē p realē iherētiā: sz p pdicationē denoiatiuam.

Ad rōnes ad primā actio ⁊ passio sunt distincta pdicamēta: ꝯcedo: ⁊ vlteriꝰ dico q cuz ꝶ stat q vnū eoz pt de alio affirmatiue pdicare: nec ex ꝶ eēntie pñtoz sūt pmixte: vñ pillā auētē: nō itelligit plus nisi q̄z terminꝰ vniꝰ pñti nō ē vificabilis de termio alteriꝰ pñti pdicatiōe essentiali ⁊ qdditatiua: nihilominꝰ bñ est pdicabilis de eo pdicatōe denoiatiua vñ q̄zuis hic terminus albū sit de pñto q̄litatis: tñ pdicabilis ē ī q̄le de sba: cuz ī p se sit verificabilis de isto termino hō: qui est in predicamēto sbe: sed ꝶ est in pdicatiōe denominatiua: ⁊ nō essentiali ⁊ qdditatiua. ¶ Ad ꝯfirmationē: quū dī ꝯposi

tiões negatiue in qb⁹ gñalissimũ vni⁹ pdicaméti ꝛc. dico q̃ per hoc nõ itelligit: quin possint aliquo mõ de se inuicez pdicari affirmatiue: sed per hoc itelligitur q̃ non possint de se pdicari inuicez affirmatiue: ꝛ quidditatiue: ꝛ q̃ nõ hẽamus mediũ pbandi q̃ vnũ gñalissimũ possit de alio pdicari in qd: ꝛ ho supponit: sed bñ hẽmus mediũ pbandi q̃ terminus de vno pdicaméto: qui nõ est gñalissimus nõ pót pdicari in qd de termino alteri⁹ predicaméti: vnde licet nõ hẽamus mediũ pbandi q̃ hec nõ sit qdditatiua pdicatio: ſba est quãtitas: tñ bñ hẽm⁹ mediũ pbandi q̃ hec nõ sit qdditatiua pdicatio. hõ ẽ linea: vel hõ est bicubitus: ꝛ hoc intẽdebat Aꝛ. p̃° posterioꝛ. ꝓſir ad ſcdam dicit. ¶ Ad tertiaꝛ exponat auctoꝛitas ꝑm illa que dicta sunt i qõne. ¶ Ad q̃rtã dico q̃ q̃zuis isti termini actio ꝛ passio sint distincti gñe: cũ hoc tñ fiat q̃ ſupponãt pro eadẽ re: vñ q̃zuis isti termini hõ ꝛ album bñ sint diuersoꝛ geneꝛ: tñ bñ supponũt pro eadem re: vnde idẽ est homo ꝛ albũ. ¶ Ad quintã si actio ꝛc. Rñdet negando ꝓntiam: ꝛ quũ pbatur per locũ a coniugatis: dicit q̃ talis locus nõ tenet in pdicatiõe denominatiua: sed bñ quidditatiua: vnde nõ sequit hõ ẽ albũ: g̃ hũanitas ẽ albedo: sed bñ sequit hõ est aial. g̃ hũanitas est aialitas. ¶ Ad vltimã dico q̃ bñ diuersaꝛ po⁹ ꝛ. ſ. actiue ꝛ passiue est idez actus: qui in ordine ad actiuã vocat actio: ꝛ in ordine ad passiuã vocat passio: sed distinctaꝛ potẽtiaꝛ passiuaꝛ: ꝛ distinctaꝛ potẽtiaꝛ actiuaꝛ bñ ꝓcedẽdum est q̃ possunt idẽ eẽ actus ſaltẽ in nũo: ꝛ taliũ po⁹ distictio adiuicez. ſ. passiuaꝛ ad passiuã: ꝛ actiuaꝛ ad actiuaꝛ bene capit ꝑm ſuoꝛ actuũ distinctiõez: ſz nõ distinctio po⁹ actiue ad potẽtiã passiuã: ex eo q̃ illaꝛ potẽtiaꝛ ſic dictũ est: ẽ idẽ act⁹.

¶ Tex. cõmẽti. xxiiij.

¶ Quoniam autẽ de natura ſcia est circa magnitudines ꝛc. Q. ō. x.

Queritur decio vtrũ ad nãlẽ ptinet determinare de infinito: ꝛ arguit p̃° q̃ nõ: qꝛ ad mathematicũ ptinet determinare de infinito. g̃ nõ ad nãlem: ꝓntia tenet ex eo q̃ mathematicus ꝛ nãlis sunt diuersi artifices: sed diuersoꝛ artificũ debẽt esse diuersa ꝓsiderata. g̃ añs pbat: ad mathematicũ ptinet determinare de quãtitatib⁹: sed qꝛ finituꝛ ꝛ infinitũ sunt passiones quãtitatis: ꝛ eiusdẽ artificis est determinare ſbto ꝛ passionib⁹ eiꝰ. ¶ 2° ad solũ metaphisicuꝛ ptinet ꝓsiderare de infinito. g̃ ꝓntia tenet: añs pbat: qꝛ ad solũ metaphysicũ ptinet ꝓsiderare de deo. mõ cũ solus deus sit infinitus. g̃. ¶ 3° Aꝛ. in p̃° celi determiat de infinito. g̃ ad minus Aꝛ. nõ dz determiare de eo in isto tertio: aliter enĩ vna determinationũ esset supflua. ¶ 4° ad nãlem nõ ptinet determinare nisi de ꝓtento ꝛ de reducibili ad ly ens mobile. mõ infinituꝛ nõ est hmõi. g̃. maioꝛ est nota ex eo q̃ ens mobile ponit ſbm ꝓpriuꝛ scie nãlis: mioꝛ pz ex eo q̃ infinitũ si eẽt nõ eẽt mobile. ¶ 5° q̃ nõ ẽ ỏ illo nõ est scia: nec de eo ptinet determinare ad nãlem: ſz infinitũ nõ est. g̃ maioꝛ est nota ex p̃° posterioꝛ: nõ ens nõ ꝓtigit scire: mioꝛ pz per Aꝛ. in isto tertio: vbi pbat q̃ nõ est aliqd̃ corp⁹ actu infinitũ. ¶ 6° infinitũ est ignntũ. g̃ de ipso nõ ptinet determinare ad aliquã sciam: cuz nõ possit agnosci: nec per ꝓñs ad nãlem: añs pz qꝛ infinitum ꝑm q̃ huius est ignotum: primo huius. ergo ꝛc.

Tex. cõ. 45
Tex. cõ. 24 hui⁹ tertij.

In oppositum est Aꝛ. in B tertio ꝛ in p̃° celi. ¶ In ista qõne p̃° ponaz aliquas distinctiões de ifinito vl'es omnibus sequentibus questionibus. 2° respõdebo de quesito.

Quantum ad p̃m sciendũ q̃ ly infinitũ: aliqñ solet capi cathegoꝛematice: aliqñ sincathe⁰ quando capit cathegoꝛematice: tunc equaliter huic oꝛioni non hñs finẽ. vñ quũ dico tale corpus est infinitũ: significo q̃ tale corpus nõ hz finẽ: ꝛ sic accipiẽdo dicit ab in q̃ est nõ: ꝛ finitũ. vñ infinitũ: quasi nõ finituz. ¶ Sed qñ capit sincathegoꝛematice dicũt aliq̃ q̃ dz sic expõi. verbi gꝛa infinitũ corpus est: nõ est tñ tãtũ corp⁹ qn maiꝰ ita q̃ in ꝓtinuis exponũt ly infinitũ tentũ sincathegoꝛematice per istã oꝛionem nõ tantũ qn maius: ſz in discretis exponũt per istã oꝛionẽ nõ tot qn plures: ſz illud nõ videt verũ: nã ꝑm istã expositionẽ eẽt ꝓcedẽdũ q̃ infinita pars eẽt in ꝓtinuo: qd̃ cõiter nõ ꝓcedit: ꝓntia pbat: quia nõ tãta pars qn maioꝛẽ in ꝓtinuo: ex eo q̃ nõ est dare maximã partẽ isti⁹ ꝓtinui. ¶ 2° sequeret q̃ hec eẽt ꝓcedẽda infinitũ põdus sortes pót portare qd̃ iterũ nõ ꝓcedit: ꝓntia pbatur: ex quo po⁹ sortis nõ terminat ad minimũ põdus: qd̃ soꝛ. pót portare q̃zuis bñ ad minimũ: qd̃ non sequit: q̃ quocũq̃z põdere dato qd̃ soꝛ. pót portare: adhuc est aliud qd̃ pót portare: ꝛ per ꝓñs: si ly infinitũ eẽt exponendũ per ly nõ tñ: qn maiꝰ: restringẽdo ad terminos ꝓpositionis in qua ponit: hec eẽt ꝓcedẽda: infinitũ põdus soꝛ. pót portare. ¶ Alij aũt exponũt sic: ꝛ in discretis vbi gꝛa infiniti hoies currũt: duo hoies currũt: tres hoies currũt: ꝛ sic nõ tot qn plures: sed in ꝓtinuis sic infinitũ corp⁹ est: sic corp⁹ pedale est: corp⁹ bipedale est: ꝛ sic in ifinitũ: sed iterũ hoc nõ sufficit: nã posito q̃ viginti hoies trahãt vnã nauẽ: ꝛ triginta vnã aliã: ꝛ sic in ifinitũ: ita q̃ pauciores: q̃z viginti trahãt vnã nauẽ: hec est ꝓcedẽda: ifiniti hoies trahunt nauẽ: ꝛ tñ hec est falsa: duo hoies trahũt nauẽ: ꝛ hec etiã: tres hoies trahũt nauẽ. ꝛ sic vltra vsqz ad viginti. Itẽ posito q̃ ifinita eẽnt corpora: quoꝛ vnũ nõ eẽt pars alteri⁹ iter que vnũ min⁹ eẽt. x. pedũ: ꝛ aliud viginti pedũ: ꝛ aliud triginta: ꝛ sic in ifinitũ ascẽdẽdo ꝑ ꝓportionẽ duplã: hec eẽt ꝓcedẽda ifinitũ corp⁹ est: ꝛ tñ ex hoc nõ sequit pedale corp⁹ est bipedale: corp⁹ est: ſic pz ex casu. ¶ Dñsumus g̃ aliter exponere ly ifinitũ tẽtũ sincathegoꝛematice. ſ. per istã oꝛionẽ aliquãtũ: ꝛ quãtũlibet maiꝰ: vbi gꝛa: infinitũ corp⁹ est: idest aliquãtũ corp⁹ ẽ: ꝛ q̃ztũlibet maiꝰ ꝛ ꝑ hoc: hec eẽt falsa ifinitũ põdus soꝛ. pót portare: naz equalet isti oꝛioni: aliquãtũ põdus soꝛ. pót portare: ꝛ q̃ztũlibet maiꝰ illo soꝛ. pót portare pp hoc ẽt est falsa: ista ifinita ps est. in isto corpore: qꝛ valet istã copulatiuã aliquãta pars est in isto corpore: ꝛ quãtũlibet maioꝛ est in isto corpore. mõ etiã 2ª ps isti⁹ copulatiue est falsa: vñ q̃zuis q̃cũq̃z pte data i isto corpe maioꝛ sit in ipo nõ tñ q̃ntũlibz maioꝛ: ſz bñ ꝓcedẽdũ est ifinite ptes sunt in isto corpe: qꝛ aliquot: ꝛ quãtũlibet plures sunt in isto corpe: ita q̃ ifinitũ tẽtũ sincathegoꝛematice: exponit p aliquot: ꝛ quãtũlibz plures vel plura: ſz in ꝓtinuis exponat: p aliquãtũ: ꝛ quãtũlibz maiꝰ. ¶ Sciẽdũ est q̃ quũ aliqs termin⁹ qui solet aliqñ teneri sincathe⁰: aliqñ cathe⁰: si ponit eẽ ſbm ipsi⁹ ꝓpoꝛtiõis: tũc solem⁹ eo vti solũ sincathe⁰: qñ vo ponit a pte pdicati. solem⁹ eo vti cathe⁰. Et iõ qñ hic termin⁹ ifinitũ ponit a pte ſbti: tũc ꝓpositio de cõi vsu dz exponi: exponẽdo ly ifinitũ sincathe⁰: qñ vo ponit a pte pdicati: tũc ꝓpositio de cõi vsu dz expõi exponẽdo ly ifinitũ cathe⁰: ꝛ pp hoc solitũ est negare istã. ꝓtinuũ est diuisibile in infinitũ: ꝛ ꝓcedi istã. in infinitũ ꝓtinuũ est diuisibile: nã p̃° ſignificat q̃ ꝓtinuũ est diuisibile in aliqd̃ qd̃ nec est hñs ptez: nec terminũ. mõ hoc est falsuz: qꝛ ꝓtinuũ est diuisibile in ptes: quaꝛ q̃libet est finita termiata: ſz ſcda significat q̃ in aliq̃s ptes ꝓtinuũ est diuisibile: ꝛ in quãtũlibet plures ꝓtinuũ est diuisibile. mõ hoc est verũ. ¶ Alteri⁹ notãdũ est q̃ ꝓpõnes in quaꝛ vna ly ifinitũ tenet sincathe⁰: ꝛ alia cathe⁰ sunt ſibi iuicẽ ipertinẽtes. vñ nec vna sequit ad aliã: nec repugnat alteri. ꝛ pp hoc nõ sequit in ifinitũ ꝓtinuũ est diuisibile. g̃ ꝓtinuũ est diuisibile in ifinitũ: in ꝑma enĩz ly ifinitũ tenet sincathe⁰: ꝛ in ſcda tenet cathe⁰ ꝛ ꝓpter hoc etiaz non sequit infinita sunt finita. ergo finita: sunt ifinita: vnde ꝑma est vera: ꝛ ſcda falsa: falsitas secunde

cunde clara est: veritas aūt prime pz: nam ista valet ĩtraz: aliqua entia sunt finita: ⁊ quantūlibet plura sunt finita. Sicēt ꝓcedendū est: q ifinitis finita sunt plura: naz aliqbus entibus finita sunt plura ⁊ quātūlibet plurib⁹ finita sunt plura: silr ꝓcedendū est: q ifinitis finita sunt paucioza: nam aliqb⁹ entib⁹ finita sunt paucioza: ⁊ quātūlibet plurib⁹ finita sunt paucioza. Ulterius sciendū est q a ppōnibus de futuro: ⁊ a ppōnibus de ꝑterito: in qbus ponit ly ifinitum sincath^ce tentū: ad ppōnem de pñti in qua ponit ifinitū sincath^ce cum ly veruz: nō valet pñtia. Uñ nō sequit: ifinitū corpus fuit: ergo aliqñ hec est vera infinitū corpus est: nec ēt sequit ifinituz corpus erit: ergo aliqñ hec erit vera infinitū corpus est: pz hoc: nā si in ꝑma parte ꝓportionali alicui⁹ hore deus faceret vnū corpus pedale: ⁊ i 2ª eiusdē annihilaret hoc ⁊ crearet vnū aliud bipedale: ⁊ in 3ª illud annihilaret: ⁊ faceret vnū quadrupedale: ⁊ sic vlteri⁹ pcedēdo ꝑm ꝓportionē duplam: ꝑm alias ptes ꝓportionales hore: vsqz in finē hore verū esset dicere infinitū corpus fuit: q aliquātū fuit ⁊ quātūlibet maius: ⁊ tñ in nulla pte ꝓportionali hui⁹ hore verū erat dicere infinitū corpus est: cōsilr mō arguit de futuro. Uñ notādū est q ēt nō seqt ifinitū corpus est: g̃ aliqd corpus est ifinitū: pz hz: naz in ꝑma pte ꝓportionali alicui⁹ hore de⁹ creet vnū corpus pedale: ⁊ in 2ª eiusdē de⁹ creet vnū corpus bipedale nō tñ ꝓtinuū ꝑ^o: ⁊ in 3ª vnū quadrupedale: ⁊ iterū nō ꝓtinuū scdo. ⁊ sic vltra pcedēdo vsqz ad finē hore: ⁊ ꝓseruaret ista corpora vnū cū alio hec ēt ꝓcedēda infinitū corpus est: q aliquātū corpus est: ⁊ quantūlibet maius illo est ⁊ tñ ista ēt negāda: aliqd corpus est ifinitū: ex eo q ei⁹ ꝗdictoria ēt ꝓcedēda. s. nullū corpus est ifinitum: nec. n. pedale est ifinitū: nec bipedale: nec quadrupedale vsqz in ifinitū: sic g̃ dictū est de ifinito tento sincath^ce.

¶ De ifinito vo tento cath^ce est sciendū q ipm multiplr pōt imaginari: vno mō in pmanētib⁹: alio mō in successiuis: sicut si aliqs ēt mot⁹: cui⁹ velocitas vel tarditas ēt ifinita. ¶ In pmanētib⁹ aūt pōt imaginari: vel in quātitate: vel in qlitate: vl in duratōe: vel i vtute: vel in vtroqz silr: sicut est de⁹: vñ de⁹ est ifinit⁹ in virtute ⁊ in duratione ⁊ virtute solū sicut si deus crearet vnā caliditatē infinitā: in duratione solū: sicut est celuz. In qualitate solū: sicut si deus crearet aliquā qualitatē ifinitam: tūc illud corpus esset ifinitū in qualitate: lz ēt finitū in quātitate. In quātitate solū sicut si deus crearet vnū corpus ifinitū in quātitate. In vtroqz simul sicut si deus crearet vnū corpus infinitū cū quātitate ifinita. ¶ Ulterius notādū q ifinituz in quātitate pōt imaginari: vel ifinituz ꝑm extēsionē: vel infinitū ꝑm multitudinē: ⁊ hz est qd solet dici: q quoddā est infinitū in magnitudine: ⁊ quoddā ꝑm multitudinē. Ulterius ifinitū in multitudine pōt imaginari: vel ifinitum in multitudine partiū actualr separataz abinuicez: vel ifinitū in multitudine partiū ꝓunctaz ⁊ nō separataz: sed sepabiliū abinuicē per diuisionē: vel signationē. ¶ Ulterius ifinitū ꝑm extēsionē pōt imaginari: vel ifinitum: ꝑm aliquā dimēsionē: vel ꝑm aliquā nō. vt si ēt aliqd ifinitū ꝑm longitudinē: finitū aūt ꝑm latitudinē: ⁊ profunditatē: vel ifinitū ꝑm omnē dimensionē. s. taz ꝑm longum: q̃z ꝑm latū: q̃z etiā ꝑm pfundū. Ulterius pōt imaginari vsus oēm dīā pōnis: vt imaginat tā ifinitū vsus orīēs: q̃z vsus occidēs tā vsus septētrionalē: q̃z vsus meridianū: tā vsus polū antarcticū: q̃z versus polū antarcticū ¶ Alio mō pōt imaginari ifinitū: nō versus oēm dīam pōnis: sz versus aliquā: ⁊ aliquā nō. verbi grā: vt si imaginarēt ifinitū versus orīens: finitū tñ versus occēs. Ulterius possumus imaginari infinitū sine aliqua cōcauitate: vel cū ꝓcauitate: vt si imaginat: vnū ifinitū totalr tota res: puta celū: vlterius vlterius ꝓtensum in infinitum

Quantum ad 2^m pono hanc ꝓclusionez q questio est vera ⁊ probatur sicut eaz probat Az. in isto tertio.

Ad rationes ad primum dico q mathe^cⁱ omnes quantitates quas ipse ꝓsiderat sunt finite: q̃z uis infinitum etiam sit passio quantitatis: ipse tamē nō considerat de quantitate: ꝑm q infinita sed ꝑm finitū: vnde nō oportet artificē cōsiderare omnes passiones sui subti. ¶ Ad 2^am dico q bene ad meth^cum ptinet ꝓsiderare de ifinito in virtute: sicut est de⁹ cuz quo stat q nālis pōt determinare de alio ifinito. ¶ Ad 3^am dico q differēter Az. determinat hic de ifinito: ⁊ in ꝑ^o celi: q̃ quū determinauit hic in isto tertio de ifinito: nōdum inuestigauit q ēt ponēdum aliud corpus a corporibus mobilib⁹ motu recto. ⁊ igit. in isto tertio pbauit nullu infinitū eē mobile motu recto: sz q̃ in ꝑ^o celi inuestigauit vnū esse corpus mobile nālr: motu circulari aliud a corporib⁹ mobilib⁹ motu recto: ipse pbauit ibi vlr q nullū esset corpus infinitum: nec mobile motu recto: nec motu circulari: sic g̃ pz determinatio Az. de ifinito ꝑ^o celi: que supaddit aliquā determinationē de ifinito in isto tertio. ¶ Ad 4^am dico q q̃z uis ifinitū si ēt: nō esset mobile localiter: tñ reducibile ad ens mobile: sicut ens finituz sicut priuatio ad habitū: ⁊ hoc sufficit. ¶ Ad 5^am q nō est ꝛc. dico q p hoc itelligit q ppō falsa nō est scibilis: ita q nō est: capit ibi pro falso: cū quo tñ stat: q q̃z uis nō sit aliqd corpus ifinitū: tñ de ifinito est scia. nō p ppōnes affirmatiuas: sz negatiuas: vñ Az. demonstrauit istā negatiuā: nullū corpus est ifinitū: ēt de ifinito bñ est scia p ppōnes affirmatiuas ꝓditiōales: vt si ifinitū eēt: nō tñ p ppōnes cathegoricas. ¶ De 5° i quo tangit de cognitiōe ifiniti dictū est in ꝑ^o hui⁹ vbi ex vno arti^o. vni⁹ qōnis tractat: vtrū infinitum ꝑm q huius sit cognitum.

¶ Tex. cōmenti. xl.

¶ Rationaliter qdē igit speculantibus ex huiusmodi ꝛc. Qō. xj.

Vtrum aliqd sit corpus actu ifinitu3 sensibile. ⁊ argit. ꝑ q sic: mot⁹ ⁊ tps sunt ifinita: g̃ est aliqd corpus ifinitū: añs pbat: p Az. 8° hui⁹: vbi oñdit q mot⁹ ⁊ tps nūq̃z iceperūt eē: pñs pbat p hz q Az. in 8° hui⁹ oñdit q magnitudo: ⁊ tps ⁊ mot⁹ sūt eiusdē rōnis q̃ ad finitatē: vel ifinitatē. Et ꝓfirmat: nam tps ⁊ mot⁹ sunt passiones magnitudini: g̃ si tpi ⁊ motui ꝓuenit ifinitas: ⁊ magnitudini. ¶ 2° dato aliquo corpe sensibili: pbo q ipm sit ifinitū ⁊ hz ficifinite sunt ptes i ꝓtinuo. s. corpe. g̃ ipm est ifinitū: añs pz: q̃ alr nō ēt in ifinitū diuisibile: pñs pbat: q̃ due ptes aliqualē extēsionē faciūt: ⁊ tres maiorē. g̃ vr q ifinita faciāt extēsionez infinitā: ⁊ p añs qōlz corpus vr eē ifinitū. ¶ 2° ꝓfirmat: dato aliq corpore bipedali: pro bo q ipm sit ifinituz i tali corpore sunt ifinita pedalia: ergo tale corpus est infinitū: pñtia derelinquit eē nota de se: sed añs pbat. naz diuidatur per signationē tale corpus in duas medietates. s. a. ⁊ b. ⁊ q. c. sit punctus medius. tūc cum inter. a. ⁊ b. sunt infinita puncta seu ifinite partes ꝓportionales ad quaruz qualibet: ad quēlibet punctū iter. b. ⁊ c. spatium est pedale. sequit q in corpore bipedali dato sint ifinita pedalia. Cōsimili rōne posset pbari q aggregatuz ex vno anno ⁊ vna hora esset infiniti anni. ¶ 3° nisi mā ꝑma esset ifinita sequeret q nō perpetue manerent generationes ⁊ corruptiones: sed hoc est falsuz: ⁊ ꝓtra Az. in 2° de generatione: pñtia probat ex eo: q qōlibet generatuz capit portionem de materia ꝑma: mō cuz omne finitū per ablationē tandē ꝓsumetur: sequit materia prima tandez ꝓsumi ⁊ sic ꝓsumpta cessant gnationes ⁊ corruptiones. ¶ 4° dato aliquo corpore qd esset finitū: arguit sic. hoc corpus est finitū: ergo finitū ad aliud: tūc de illo alio querit: vtrū sit

finitũ: vel infinitũ si infinitũ habeꝫ ꝓpositũ: si finitũ: tunc verũ est finitũ ad vnũ aliud. ⁊ sic in infinituꝫ: ⁊ sic totum aggregatũ ex his esset infinitũ. ¶ 5° si qlibet corpus sensibile esset finitũ: tunc finitas eẽt vnũ de per se accntibus corporib⁹: sed hoc est falsum: falsitas pz: nam sic tũc exprimi deberet in diffinitione corporis: sz hoc est falsuz: quia diffinitio corporis est hec: q̃ est vndequaqz extensum. s. tam deorsum: q̃z sursum: tam a sinistris q̃z a dextris taz ante q̃z retro. modo hic nõ exprimit finitas: sequit ergo ipsum debere esse infinitũ. ¶ 6° nos possumus imaginari corpus ifinitũ: ergo corpus ifinituz est: aũs notũ ꝓntia pbat: qz nõ possumus aliqd imaginari: nisi imaginatio nra ab aliquo moueat. Sed si imaginatur corpus ifinitum videt q̃ extra sit hꝰ corpus ifinitum: qꝰ hz mouere imaginationem ergo ⁊c.

Tex. 9. 40 hui⁹ tertij

In oppositum est Ar. in isto tertio ⁊ in primo celi. hic eniz pbat q̃ nullũ corpus sensibile sit ifinitũ. In primo celi pbat vlr nulluz esse ifinitũ. ¶ Nota sicut tangebat ialia qõne: q̃ Ar. intendit pbare q̃ nõ sit corpus aliqꝰ sensibile actu ifinituz itelligit sensibile sensu tactus: seu q̃ nullũ corpus est infinitũ de illis que sunt mobilia motu recto: verũtũ in isto tertio nõ pbat: q̃ nõ sit aliqꝰ corpus ifinitũ sensibile alio sensu a sensu tact⁹ nec pbat hic q̃ nõ sit corpus infinitũ mobile circulariter: sz hꝰ pbat pꝰ celi. Ex quo pz qũo determinat hic de infinito ⁊ qũo in pꝰ celi ⁊c. ¶ Rñdeo mõ ad qõnem: sit pma ꝯclusio ista: nullũ corpus sensibile. i. tãgibile simplex est ifinitũ: ⁊ itelligit hic de ifinito: in extẽsione: pbat: nã talia corpora sensibilia sunt quatuor ⁊ nõ plura. s. terra. aqua. aer. ignis: mõ pbo q̃ nullũ istorum est ifinitũ: nã sic sequeret q̃ illud alia corrũperet: ex quo illud alijs ꝓziat: ⁊ sic nõ hꝰem⁹ nisi vnũ corpus simplex. Cuius tũ oppositũ videm⁹: ꝓntia pbat: qz ex quo in maiori corpe est maior virt⁹: tũc in illo corpe simplici: quod eẽt ifinitũ: esset ifinita virt⁹ ⁊ p ꝓns sua virtute alia destrueret. Sz diceret aliqs: negãdo q̃ in maiori corpore sit maior virtus: nã in paruo igne eẽt ita magna virt⁹ sicut in multo aere: q̃ posset poni aer ifinit⁹: absqz hꝰ q̃ alia eleméta corrũperet. Breuiter hꝰ nõ valet: naz q̃zuis in paruo igne bñ sit tanta virt⁹ sicut in multo aere: tũ posset capi tantũ de aere q̃ in isto aere eẽt maior virtus q̃z in isto igne: sit q̃ in duplo maior aer: in ipso dupla erit virt⁹: si igit capiat in duplo: dupla virt⁹ erit in ipso. q̃ si capiatur aer ifinit⁹: erit in eo virt⁹ ifinita: ⁊ sic staret argumentũ sicut prius: q̃ si aliqꝰ corpor simpliciũ eẽ infinitũ in ipso esset virtus ifinita. Verũtũ de ista ꝓntia est dubiũ: si in ipso esset virtus ifinita: tunc alia destrueret. hoc nõ videt se qui: pp hoc q̃ illud corpus ifinitũ nõ ꝑm qualibet partẽ ageret in alia simplicia: qz nõ ageret ꝑm ptes distantes a corporib⁹ simplicib⁹: vñ agẽs quũ agit in aliqꝰ passum nõ videt agere ꝑm se ⁊ qlibet sui. nam si sic tũc seqret q̃ quũ aliqs poneret manũ suã ad mare itensius man⁹ sua deberet frigefieri q̃z si poneret eã i vno vase pleno aque: mõ hoc est falsuz: ꝓntia tz: ex eo q̃ mare ꝑz maiores ptes ageret in manũ q̃z aqua frigida in manu: ⁊ iõ rõ ꝑdicta q̃zuis sit Ar. tũ nõ videt oio demõstratiua. ¶ 2° q̃ si eẽt aliqꝰ corpus simplex ifinitũ: tũc sibi cõpeteret diffinitio aggregata ex diffone corporis: ⁊ diffone ifiniti: vñ diffo corporis est: corpus est qꝰ est vndiqz extẽsum. Diffo aũt ifiniti est carẽs termino: mõ diffo aggregata ex his ẽ corpus vndiqz extẽsum: sine termino ⁊ mõ. Ista diffo nõ cõuenit alicui corpori simplici: nã si sic tũc nõ eẽt nisi vnum corpus simplex. mõ hoc est falsum: ⁊ ꝓntia tz: qz corpus vndiqz extẽsum sine termino nõ cõpatit secuz aliud corpus. Nota q̃ ista ratio bñ pbat q̃ in mũdo nõ sit aliqꝰ corpus simplex ifinitũ: nõ tũ q̃ nõ sit extra mundũ: nam extra mũdũ põt eẽ vnũ corpus ifinitũ: puta aer vel aliqꝰ hꝰ nõ distãte q̃ eẽnt in mũdo quatuor eleméta quorꝫ qꝰ libet eẽt finitũ: nec rõ pbat oppositũ. ¶ 3° si eẽt aliqꝰ corpus tangibile simplex ifinitũ: tũc ẽt eiꝰ locus eẽt infinitꝰ ꝓns falsum: ꝓntia tz ex eo: q̃ locus dz esse equalis locato. Sed falsitas ꝓntis pz: qz si esset locus ifinitus in tali loco nec esset sursum nec deorsum. modo hoc est falsum: cum sursum ⁊ deorsuz sint differentie loci. Et confirmatur: nã talis locus postq̃z esset locus corporis simplici esset vniformis in omnibus suis partib⁹. ⁊ per ꝓns si poneret aliqꝰ corpus in illo loco hic vel vbiqz gesceret ⁊ nõ mouere tur: pz hoc ex eo q̃ nõ eẽt maior rõ quare gesceret in vna parte q̃z in alia: nec eẽt ratio quare plus moueret in vna pte loci q̃z in alia: postq̃z oẽs ptes illiꝰ loci eẽnt eiusdẽ rõnis: q̃ vel sp moueret: vel sp gesceret i hꝰ loco illꝰ corpus. ¶ 4° si aliqꝰ eẽt corpus simplex tãgibile ifinitũ: vl hꝰ eẽt ꝑz se totũ graue: vl ꝑz se totũ leue: vl ptim graue ⁊ ptim leue: nõ põt dici pm ex eo q̃ sic: nulla eẽnt leuia: nec põt dici 2m qz sic nulla essent grauia: nec 3m: qz grauia ⁊ leuia hñt ordinẽ adinuicẽ: mõ si poneret illud corpus partim grave ⁊ partiz leue: vel ergo vtraqz partiũ poneret finita: vel vtraqz ifinita: vel vna finita: ⁊ vna ifinita: non potest dici primũ: qz sic nõ componeret ex eis vnũ ifinitum: quia ex duobus finitis nõ resultat vnũ ifinitũ: nec põt dici secm ex eo q̃ duo infinita nõ hñt ordinẽ ⁊ pportionẽ adinuicez: vnũ enim infinitũ nõ est maius alio: nec minus: nec equale ei sicut postea videbit: nec põt dici tertiuz ex eo q̃ finiti ad ifinitũ nullus est ordo vel pportio. ¶ 2ª ꝯclusio nõ est aliqꝰ corpus sensibile ifinitum nec cõpositum nec mixtũ ex diuersis corporib⁹ simplicib⁹: nam si sic: vel hoc esset cõpositũ ex corporib⁹ simplicib⁹ ifinitis ꝑm multitudinem quorum quodlibet esset finitum ꝑm magnitudinem: ⁊ hoc nõ: qz tunc ifinita eẽnt ꝑn⁹ rerũ nãlium: cuius oppositũ ostẽsum est in primo huius: vel esset cõpositu ex finitis ꝑm multitudinẽ quorꝫ qꝰlibet esset finituz ꝑm magnitudinẽ: ⁊ hoc nõ qz ex talibus nunq̃z resultaret infinitũ: vel eẽt compositũ ex finitis ꝑm multitudinẽ: quorꝫ quodlibet esset infinitũ ꝑm magnitudinẽ: ⁊ hoc nõ: quia plura infinita ꝑm magnitudinem non possunt se cõpati: ex eo q̃ vnũ ifinitũ totũ occupat: vel eẽt cõpositu ex finitis ꝑm multitudinẽ: quorꝫ vnũ esset ifinitũ ꝑm magnitudinem: reliqua vo finita ꝑm magnitudinẽ statim alia corrũperet. ¶ 3ª ꝯclusio nullũ est corpus sensibile actu ifinitũ: pbat: nã oẽ corpus sensibile: vel est simplex: vel mixtũ ex simplicib⁹: mõ nullũ istorꝫ est ifinitũ sicut pbatuz est per ꝓnes positas: ergo. ¶ 2° nullũ corpus figuratũ est ifinitũ. pz ex eo q̃ figuratuz est qꝰ terminis claudit: mõ omne corpus est figuratum. ergo ⁊c.

medium subito: ꝓnntia tenet ex eo: q̃ cuz luna sit maioris virtutis: esset minus limitata ⁊ sic citius produceret suũ effectum: ⁊ cum stelle sint minoris virtutis essent magis limitate: ⁊ tardius agerent suũ effectũ. ¶ 4° sequit̃ vniuersaliter nullã mutationem subitã näliter esse possibilem: cuius oppositũ postea videbit̃: ꝓnntia tenet ex eo: q̃ quodlibet ens näle esset limitatũ ad certum gradũ velocitatis ad producendũ suum effectuz. ¶ 5° sequeretur q̃ deducto omne impedimẽto extriseco graue simplex nõ posset moueri ad suum locũ nälem: quousq̃z eiꝰ mediuz esset mediũ mundi. ꝓsequens est falsuz: probat̃ ꝓnntia: nã sit agens simplex vniformẽ. Cuiꝰ totalis grauitas sit. 6. ⁊ limitatio eius sit sicut. 3ª ⁊ descendit tã diu q̃ 3ª eiꝰ ps sit ab alia pte centri: ⁊ sit illa c. ⁊ residuum sit adhuc ab alia pte centri ⁊ sit d. ita q̃ centrũ sit mediũ inter. e. d. tũc clarum est q̃ adhuc mediũ ipius a. nõ est mediũ mũdi. Sed probo q̃ nõ vlterius descendit naz. c. qõ est ab alia pte centri resistit ipi. d. vna cũ totali limitatione ipiꝰ: ⁊ cum totalis limitatio sit sicut tria: ⁊ ipsum c. sit sic duo: ⁊ cũ ista simul sint quinq̃z: ⁊ cũ potentia motiua ipsius sit solum sicut quatuor sequit̃ q̃ plus est ibi de resistentia q̃z de potentia motiua ⁊ per consequens a. quiescit ⁊ nõ vlterius mouetur: q̃z̃uis tamen adhuc centrum grauitatis non sit centrum mundi: ergo ⁊c. ⁊ per consequens conclusio vera.

Ad rõnes ad primam concedo q̃ mouet̃ velocitate infinita quacunq̃z resistentia seducta. ⁊ quando dicebat̃ ẽ potentie finite: cõcedo. ⁊ quum dicebat̃: g̃ terminat̃ certa velocitate: vez est cum resistẽtia fine resistentia non opz. ¶ Ad secundã a causa finita ⁊c. vez est quum agit cũ resistentia: quãdo aũt fine resistẽtia nõ opz. ¶ Ad tertiã nego q̃ ergo fit potentie infinite q̃z̃uis hoc bene sequeret̃ si posset mouere velocitate infinita cum resistentia. ¶ Ad quartã dico q̃ näli nõ potest eẽ aliquis motus velocior motu celi: pp hoc q̃ nã medioz non patit̃ tantã raritatem ⁊ subtilitatẽ q̃ motus grauiũ ⁊ leuium p ipsa fit velocior motu celi: nihilominus bene fieret si media per que fit motus posset quãtũcunq̃z subtiliari. ¶ Ad qntã dico q̃ si aliquid mobile moueret̃ in vacuo nullũ causaret calorẽ nam ex motu nõ causat̃ calor: nisi per confricationem mobilis ad mediũ: mõ in vacuo nulla fieret talis cõfricatio. ¶ Ad 6ᵃᵐ dico q̃ in loco motu celi volũtas intelligẽtie tenet locũ resistẽtie. ¶ Ad septimã nego q̃ si hz resistentiã in motu locali extrinsecã vnde cõmentator sup 2° huius dicit simplex nõ habere in se ꝑncipiũ actiuũ sue alterationis: sed bene actiuũ motus localis: ⁊ igit̃ nõ mirũ si habet resistentiã intrinsecaz in motu alterationis: ⁊ non intrinsecam in motu locali. ¶ Ad octauam pz ex dictis in questione. Qõ. x

Vtrum in omni motu grauiuz ⁊ leuiũ requirat̃ mediũ resistẽs: ⁊ arguit̃ q̃ nõ: illud qõ impedit motũ nõ requirit̃ ad ipsum: sed ita est de medio resistente g̃: maior est nõ. ⁊ minor pz q̃ mediũ resistens retardat motũ: imo posset tantuz resistere q̃ omnino tolleret motum. ¶ 2° quãto mediuz minus resistit tãto motus fit velocior ipso: ⁊ meliꝰ fit motus in ipso: g̃ si nihil resisteret videt̃ q̃ optime fieret motus in ipso: g̃ videt̃ q̃ ad motũ fiendũ non requirat̃ resistentia medij. ¶ 3° nullũ violentũ requirit̃ ad hoc vt motus fit simplr naturalis: sed si requireret̃ mediũ resistens ad motum naturalẽ grauium ⁊ leuiuz illi motus näles nõ possent fieri sine violẽta diuisione medij: si g̃ nullum violentũ requirit̃ ad motũ simpliciter naturalez: sequit̃ q̃ diuisio medij nõ requirit̃ ad motũ grauium ⁊ leuiuz: ⁊ per cõsequens nec mediũ resistens. ¶ 4° nulluz mediũ requirit̃ ad motum grauiuz ⁊ leuium: ergo ꝓnntia nota: antecedẽs pz: quia nec hoc mediũ requirit̃ ad motũ naturalem grauium ⁊ leuiũ: nec illud quocunq̃z dato aliõ sufficeret. ¶ 5° si questio esset vera: tũc mediũ resisteret in descensu grauiũ: ⁊ in ascensu leuium: sed hoc est falsum: cõsequentia tenet: sed falsitas antecedẽtis probat̃: quia si mediũ resisteret sequeretur q̃ pensis duobus grauibus equalibus equelibra q̃ vni istoꝝ posset fieri additio alicuius grauis absq̃z hoc q̃ aliqd adderet̃ alteri: ⁊ tũ nõ faceret motum: probat̃ ꝓnntia: sint duo pondera. a. b. pensi in equelibra ⁊ quodlibet illoꝝ habeat precise duos gradus grauitatis: tunc si mediũ inferius resistit: resistat g̃ sicut vnũ: tunc apponat̃ ad. a. vnũ graue qõ habeat vnuz gradũ g̃uitatis: probo q̃ nõ descenda: nã q̃z̃uis totalis grauitas in brachio: in quo est. a. sit sicut 3ª pp hoc q̃ medium quod est subtus resistit sicut vnum: ⁊ b. ex alia pte resistit sicut duo: mõ duo ⁊ vnũ sunt tria: imo quod plus est resistentia est sicut quatuor pp hoc q̃ in descensu ipiꝰ a. non oportet solum diuidere medium sub a. sed etiam supra b. in ascensu ipius b. quare ⁊c.

In oppositũ videt̃ esse Aly. vnde dicit: si nõ eẽt medium resistens: graue simplex descenderet subito: modo contra naturã motus est motꝰ fieri subito: ergo si nõ esset mediũ resistens tolleret̃ natura motus grauiũ: ⁊ leuium simpliciũ: ⁊ nota q̃ q̃stio intelligit̃ de grauibus nullum habentibus gradum leuitatis ⁊ similiter de leuibus nullũ habentibus gradũ grauitatis. Et quia in alia questione ꝓbata erat vna opinio scilicet de limitatione potentie agentis grauium ⁊ leuium simplicium que volebat saluare motum grauiuz ⁊ leuium simplicium absq̃z resistentia extrinseca: ⁊ per cõsequens absq̃z resistentia medij. ¶ Nũc ꝓbande sũt alie imaginatiões quibus prima facie videtur posse saluari motum grauium ⁊ leuium simplicium absq̃z resistentia medij: quibus improbatis respondendum est ad questionem hesternam ⁊ hodiernam.

Quantum ad primum est vna imaginatio q̃ si nulla esset resistẽtia medij: sed p imaginationẽ esset vacuuz adhuc graue simplex descenderet successiue: ⁊ velocitate finita: propter hoc q̃ impossibile esset ipsum simul eẽ in termino a quo ⁊ termino ad quẽ ⁊ quia hoc est impossibile necesse est ipsum moueri successiue de termino a quo ad terminum ad quem: ita q̃ incompossibilitas essendi simul in diuersis locis est causa finite velocitatis motus grauium ⁊ leuium simplicium circunscripta insistentia medij: ⁊ isti de ista opinione dicant illam esse causam velocitatis finite motus celi qui fit absq̃z aliqua resistentia predicta. ¶ Contra istam opinionem arguitur nam sim hoc nulla posset assignari ratio quare magis graue simplex circunstantia resistẽtia medij moueretur tali gradu velocitatis: vnde si moueretur ali quo intensiori adhuc non oportet ipsum esse in diuersis locis: vnde quocunq̃z gradu velocitatis dato quo graue simplex moueretur amota resistentia medij propter hoc q̃ non esset simul in diuersis locis est dare in duplo intensiorez: quo adhuc posset moueri quod non esset simul in diuersis locis. ¶ Secundo sequitur q̃ graue simplex moueretur in infinitum velociter circunscripta resistentia medij: ⁊ sic adhuc sequeret̃ illud: quod predicta imaginatio pretendit fugere vnde probatur: ga cum duplo gradu velocitatis ad gradum datum tollere tur mobile simul esse in diuersis locis: ⁊ cum quadruplo ⁊ cum octuplo: ⁊ sic in infinitum: sed quocunq̃z gradu velocitatis dato ad quem nõ sequitur mobile simul esse in diuersis locis moueri potest circunscripta resistentia medij: g̃ graue simplex i ifinitũ velociter mouet̃ circũscripta resistẽtia medij. ¶ 3° seqret̃: q̃ ablata resistẽtia medij g̃ue simplex maiꝰ debẽt tardiꝰ moueri q̃z g̃ue simplex minus: hoc est falsuz: ꝓnntia tenet: ppter hoc q̃ maius incõueniẽs est corpus magnũ simul eẽ in diuersis locis q̃z

corpus

corpus paruũ. ¶ 4° quia potẽtie mouẽtis grauis simplicis ad talem compositionẽ terminorũ nulla est ꝓportio: ergo talis icõpossibilitas terminorũ: seu eẽndi simul in diuersis locis nõ tenet locũ resistẽtie in motu grauiũ ⁊ leuiũ simpliciũ: antecedẽs pz ex eo q̃ talis incõpossibilitas terminorum nihil est: ꝓntia tenet ex eo q̃ cuiuscũq; motus velocitas attẽdit penes proportionẽ potẽtie mouentis ad suam resistẽtiam: vel penes accessum: vel aliqd huiusmodi. ¶ 5° ꝓsili rõne distãtia formalis terminorũ in alleratione deberet eẽ sufficiens causa successionis in motu alterationis: quacũq; resistẽtia alia prescripta: modo hoc est falsum: consequẽtia tenet in simili. ¶ 8° consimiliter talis incompossibilitas deberet etiã facere successionem in illuminatione medij: modo hoc est falsuz: naz per Az in 2° de anima illuminatio medij fit subito ⁊ nõ successiue sicut sensatio. ¶ Allia maginatio potest esse q̃ amota resistẽtia medij adhuc intelligẽtie regularent motũ grauium ⁊ leuium simpliciũ: ⁊ facit ẽt ipsum esse velocitatis finite ⁊ tante: quãta velocitate mouent suos orbes: sed hoc nõ videt stare pp hoc q̃ intelligẽtie sunt agentia vniuersalia in productione effectuũ cõtingentiũ in istis inferioribꝰ: ⁊ non producunt talem vel talem effectum nisi limitarentur ab agentibus particularibus: mõ circunscripta resistentia medij forma sbalis grauis: nõ plus esset limitata ad vnũ gradũ velocitatis q̃z ad aliũ sicut ꝑt patere ex prius dictis: ergo nõ põt limitare intelligẽtiã ad mouendũ plus tali gradu velocitatis q̃z alio. ¶ 2° cõ simili ratione illuminatio deberet ferri successiue pp talem regulationem intelligentiarũ. hoc tamen est falsum. ¶ 3ª imaginatio posset esse talis q̃ sicut magnes superiꝰ detentus aliqualiter retardat motuz ferri magni q̃ nõ sufficit retinere propter eius magnitudinẽ: ita in descensu grauis celum aliqualiter trahit ad se ipsuz graue ⁊ pter hoc descenderet successiue adhuc omniũ resistentia medij circunscripta: sed hoc stare non potest: nã sm hoc nõ posset saluari successio in motu ignis sursuz: ⁊ quanto celum plus traheret ipsum tãto velocius moueretur ad ipsum: ⁊ cum hoc ex inclinatiõe naturali appetit moueri ad ipsum. ⁊ simiiliter non assignatur ibi aliqua causa faciens successionem in motu ignis sursum resistentia medij circunscripta. ¶ 2° nam tunc graue posset fieri ita paruum q̃ totaliter detineret a celo ⁊ non descenderet totali resistẽtia medij prescripta: quod videt falsuz. ¶ 3° sequeretur q̃ celum violentaret ipsum graue: pz hoc. qz traheret ipsum q̃z naturalẽ suaz inclinationẽ. ¶ 4ª imaginatio potest esse q̃ ptes grauis impediunt se inuicez ita q̃ q̃libet inclinat descendere q̃ lineam breuissimaz: ⁊ cum solum p talem descendat pars media ipedit ptes laterales: ⁊ p tale impedimentũ partium adinuicez simplicia mouent successiue resistentia medij circunscripta sed hoc stare non potest primo qz dicit q̃ quelibet pars ipsius grauis tendit descẽdere per lineam breuissimam hoc non valet ex eo: q̃ non quelibet hoc appetit vt cẽtrũ eius sit centrũ mundi: quia hoc est impossibile. ¶ 2° naz totum ascendit vt mediũ eius fiat medium mundi. ⁊ ad hoc omnes ptes tendunt vt mediũ totius. ⁊ hoc mediuz grauitatis cuiꝰ sunt ille ptes fiat mediũ mundi pp hoc q̃ vna non impedit aliã. ¶ 3° vna non mouet ꝑ aliam: ergo nõ impedit aliam: assumptũ pz de aqua cuiꝰ ptes superiores nõ cõprimunt nec deprimũt inferiores. ¶ 4° se quereꝯ q̃ corpus maius tardius descẽderet q̃z corpꝰ minus: sed hoc est falsuz ceteris paribꝰ: pbat ꝓntia ex eo q̃ in corpore magno plures ptes sunt sibi inuicẽ resistẽtes q̃z in corpore puo. ¶ 5° sequit q̃ r. lapides ꝓiũcti tardiꝰ descenderent q̃z vnus eorũ sed hoc est falsum: ⁊ ꝑ expientiã: ⁊ ꝓna patet qz mutuo se ipedirẽt. ¶ 5ª imagiatio posset esse i imaginãdo graue vel leue simplex diuidi sm latitudinẽ: ita q̃ inferius eẽ vna ps multũ tenuis ⁊ supra ptes spissiores: ⁊ qz ille ptes magis tenues nõ appetũt descendere tanta velocitate quãta ptes superiores ipe resistunt ptibus supiorib̃ ⁊ per talẽ resistentiã illud totale graue simplex mouet successiue cirũscripta resistẽtia medij. ¶ Ista imaginatio iprobat vt precedens. ¶ 6ª imaginatio q̃ figura esset cã successionis ⁊ velocitatis ⁊ tarditatis maioris vel minoris: hoc bene vez est in medio resistente: sz tamẽ circunscripta resistentia medij figura nihil ad tale factum deseruiret vt patet: ergo ⁊c.

Quantum ad secundũ sit prima ꝓclusio qz grauia ⁊ leuia simplicia nõ habẽt resistẽtiã intrinsecã quo ad eorũ motũ: pz nã si sic hoc eẽt aliquo istorũ modorũ ꝑdictorũ. sed ꝶ non: g̃. ¶ 2ª ꝑ ad motũ grauiũ ⁊ leuiũ requirit resistẽtia extrinseca sicẽ resistẽtia medij vel hꝰ: pbat ex eo q̃ oꝰ motus sequit ꝓportionẽ poꝯ mouẽtis ad resistẽtiã ⁊ p ꝓns ad oẽm motũ regrit resistẽtia. Cũ g̃ grauia ⁊ leuia nõ hẽant resistẽtiã intrinsecã segt q̃ ad eorũ motũ requirit resistẽtia extrinseca: ergo ⁊c.

Ad rõnes ad ꝑmã dico q̃ resistẽtia extrinseca: ⁊ q̃cũq; nõ ipedit motũ: sed bñ facẽ motũ nõ eẽ ita velocẽ sic resistª minor: vñ ad ꝶ q̃ fiat motꝰ resistẽtia, nõ dz eẽ mima: nã tũc eẽt qes ⁊ nõ fieret motꝰ ⁊ dz eẽ aliquãta qz si eẽt mima ita tolleret motꝰ pp minimã velocitatẽ: vñ oꝰ motꝰ dz eẽ finite velocitatis ex ꝶ pz ad 2ªm ¶ Ad 3ªm dico q̃ ad motũ nãlẽ nõ regrit aliqd violentũ mobili. sz bñ aliũ violẽtia: puta medij diuisio. ¶ Ad q̃rtã dico q̃ q̃juis nullũ mediũ regrat: tũ regrit mediũ: vñ ly regrit ꝓfundit terminũ cõem sequentez se: puta ly mediũ ꝓfuse tantũ. ¶ Ad q̃ntã ꝓcedit illud qd̃ ꝑbat ipsa.

¶ Tex. cõmẽti. lxv.

¶ Amplius si vacuum est aliquid vt locus ⁊c. Qõ. xj.

Queritur nunc vndecimo vtrum si vacuũ eẽt graue moueretur in ipso: ⁊ arguit q̃ sic: qz si vacuũ eẽt: ⁊ in ipso eẽt positũ, graue mixtũ: vtriqz illud descẽderet successiue pp resistẽtiã ĩtrinsecaz quã hẽt. ¶ 2° omne corpus dum est extra locũ suũ nãlem mouet vel incipit moueri ad illũ: ergo si eẽt aliqd̃ graue extra locũ suum nãlẽ pobtum in vacuo moueret ad illum: ⁊ per cõsequẽs graue moueret in vacuo si esset. s. ad locum sibi nãlem si nõ eẽt impedimẽtuz. ¶ 3° omne appetens aliquem finem consequit illum cũ nõ fuerit impedimẽtum: sed graue quũ est extra locum naturalez appetit esse in illo tanq̃z in fine: igit mouet ad ipsum si nõ esset impedimẽtuz: pter hoc q̃ nõ potest sequi illum finẽ nisi per motuz. ¶ 4° graue velocius mouetur per aerez: q̃z per aquã pp hoc q̃ aer est subtilior ⁊ minus resistit q̃z aqua: ⁊ cuz in vacuo nulla penitus eẽt resistẽtia videt q̃ graue optime deberet moueri i vacuo. ¶ 5° si vacuo existẽte graue non moueret in ipso sequit q̃ hoc solum eẽt pter defectũ resistẽtie: sed hoc nõ: quia aliqd̃ corpus luminosum bñ illuminat aliqd̃ spatiũ successiue: pz de corpore luminoso moto localr. ⁊ tamẽ nihil plus sibi resistit: ergo videt etiã q̃ graue simplex vel leue posset moueri i vacuo absq; hoc q̃ aliqd̃ sibi resistat: silr celuz mouetur successiue ⁊ tñ moueti celũ. s. intelligẽtie nihil resistit: vnde dicit q̃ ad successionem nõ requirit resistentia: quare ⁊c.

In oppositũ videt eẽ Az. qui vult q̃ si vacuũ eẽt graue simplex non moueret pp hoc q̃ nõ eẽt rõ quare plus moueret ad vnaz differẽtiã q̃z ad aliã: ẽt si vacuũ eẽt graue positũ in ipso moueret in istãti. mõ ꝶ iplicat ꝑ dictionẽ q̃ motꝰ fiat in istãti. ¶ Ad istã q̃nẽ ꝑmo rñdendũ est sicut vba sonãt: 2° alr formando q̃nẽ rñdendum est ad intẽtionẽ querẽtium

ipsam: vt prius declaratur.

Quantum ad primũ sit prima ꝛclusio hec est falsa: si vacuũ eēt graue moueret i ipso: pbat: qr est vna ꝛditionalis cuius añs pōt esse verũ ꝛñte existēte falso: ⁊ per ꝛñs est falsa añs pz; si per po^am dei totum qd̄ est inter latera celi annihilaret: ⁊ q̄ nullũ eēt graue: tunc hec est vera vacuũ est: ⁊ tñ hec est falsa graue mouetur in ipso. ¶ 2ª ꝛclusio silr hec est falsa. Si vacuũ eēt graue nō moueret in ipso pz: nam ēt hec est vna ꝛditionalis: cui^9 argumētũ pōt eē verũ ꝛñte existente falso qd̄ pz: nam per po^am dei pōt esse vacuũ. mō ꝑdicto: ⁊ posset causare de nouo vnũ mixtũ: qd̄ tangeret ꝛcauum orbis lune: qd̄ mouet per illud vacuũ: tunc hec eēt vera: vacuũ nō mouet in eo. ¶ Cōtra iste sunt due ꝛdictorie. Si vacuuz esset graue simplex moueret in ipso: si vacuũ est graue simplex nō moueret i ipso. ⁊ sic nō videt q̄ ambe sint false cui^9 oppositũ dicunt ꝛnes. ¶ Rñdet q̄ nō ꝛtradicunt. Sed ꝛtradictoria istius: si vacuũ eēt graue simplex moueret in ipso: ē ista: nō si vacuũ est graue simplex moueret in ipso: ⁊ ista est vera: nam significat nō eē sic: sicut si gnificat per istã: si vacuũ est graue simplex mouet in ipso ⁊ hoc est verum sicut patet satis ⁊c̄.

Quantum ad 2^m questio posset formari vtrũ si vacuuz esset graue posset moueri in ipso. Et tunc adhuc distinguendũ de vacuo dupliciter: primo mō pro corpore qd̄ ꝑus erat plenũ: modo vacuũ verbi grã: si per potentiaz dei terra ⁊ aqua annihilarent aere ⁊ igne ⁊ celo manentib^9 diceremus aerē eē vacuũ: ⁊ silr totum aggregatũ ex aere: ⁊ igne ⁊ celo. ¶ Alio mō capit vacuũ pro spatio imaginato iter latera vacui: ꝑmo mō dicti recte sicut locus q̄ñq̄z capit pro ꝛtinente ⁊ circũdante locatũ: q̄ñq̄z vero p dimensione separata ita ꝓportionabiliter dicat de vacuo. ¶ Tũc sit prima ꝛclusio accipiendo vacuũ primo modo adhuc graue simplex posset moueri in ipso: pz hoc: nam terra ⁊ aqua destructa: sicut positũ est in casu ꝑdicto: si aliq̄d graue poneret ad speraz ignis descēderet, successiue per aerē vsq̄z ad ꝛcauũ aeris: pp̄ ꝑ q̄ hiet sufficientē resistētiã in aere vacuo. ¶ 2ª ꝛclusio: accipiēdo vacuũ 2° mō sicut solet cōiter accipi in isto ꝓposito graue mixtuz bñ moueret in ipso successiue: pz hoc: naz fit vnũ graue mixtũ cuius grauitas fit sicut duo: ⁊ leuitas sicut vnũ: ⁊ attingat cōcauum aeris ipm descēdet successiue: doneci isto vacuo mediũ grauitatis ei^9 sit mediũ mũdi: pp hoc q̄ hz resistentiã intrinsecã: hz enim vnũ gradũ leuitatis inclinantē sursum: ⁊ duos grauitatis inclinātes deorsum. ¶ 3ª ꝛclusio in aliquo casu graue mixtũ velocius mouet in pleno q̄z in vacuo: probat: nam sit vnũ mixtuz ex terra sicut tertia: ⁊ aere sicut duo: ⁊ sit totum annihilatũ quod est infra speraz ignis: tunc ponat illud graue ad speraz ignis: que resistat illi, graui sicut vnum: tũc quia: tam ex parte terre q̄z ex parte aeris est extra locum sibi naturalez: ⁊ tam ex parte terre q̄z ex parte aeris appetunt descēdere per ignē: ⁊ sic tota potentia motiua est sicut quinq̄z: quia terre tria ⁊ duo aeris: ⁊ solũ resistētia medij est sicut vnũ sicut posituz est in casu: ergo hoc mouet per ignē seu per plenũ a ꝓportione dupla: deinde quuz venit vbi est locus nālis aeris si nō eēt vacuũ ille aer: vt duo incipit resistere terre: vt tria: ꝓpter hoc q̄ aer appeteret ibi manere: sed quia in illo mixto dominat terra illud mixtũ vlterius descēdet ita q̄ tunc solũ terra mouet ⁊ aer resistit ibi vbi prius in medio pleno ambo mouebant: ⁊ sic illud mixtum vlterius descēdet in vacuo a ꝓportione triũ ad duo: que est multo minor q̄z ꝓportio dupla. ⁊ per ꝛñs motus qui illam ꝓportionem cōsequit: ⁊ sic in vacuo est multo tardior motus eiusdē mixti q̄z erat in pleno. s. per ignē: vt si ꝓprie volumus loqui q̄z erat in medio firestēte: iuxta hoc sequit q̄ motus nālis alicuius grauis pōt esse velocior in pn^o q̄z in fine; verbi grã: nam sit vnũ mixtuz ex quatuor elemētis quod habeat vnum gradum de igne: vnum de aere: vnum de aqua: ⁊ quatuor de terra ⁊ totum preter illud mixtum sit annihilatũ quod est inter latera celi: ⁊ ponat illud mixtũ vbi erat ignis: tunc illud mixtũ descendet a ꝓportione sexupla: pz hoc: naz rōne vnius gradus ignis appeteret ibi manere. Sz rōne quatuor graduũ terre: ⁊ rōne vnius gradus aque: ⁊ vnius aeris appetit descēdere: descēdat: igit a ꝓportione 6. ad vnũ: que est sexupla: qñ aũt peruenit vbi erat aer: tunc etiã rōne aeris appetit ibi manere: ⁊ fit tam vn^9 gradus ignis q̄z vnus gradus aeris resistunt alijs quinq̄z gradibus. s. quatuor gradib^9 terre vni gradui aque: ⁊ sic solũ mouent duo ⁊ resistunt duo vbi prius mouebant sex. ⁊ resistebat, solũ vnus: ergo nunc motus est tardior q̄z in principio; quia proportio minor. ¶ Deinde quũ illud mixtuz veniet vbi erat aqua incipiunt resistere tres gradus: quatuor gradibus: tunc enim tam aqua q̄z aer ⁊ ignis resistunt terre: ita q̄ soluz quatuor gradus terre manēt: ⁊ alij tres gradus resistunt. Et cum huius descensus grauis fit motus nālis: sequit motũ nālem fuisse tardiorez in fine q̄z in principio. Sed dices: quid igit dicet de cōmuni dicto. s. q̄ motus nālis est velocior in fine q̄z in principio: potest dici q̄ hoc naturaliter est verũ de motu grauiũ ⁊ leuiũ simpliciũ: non tñ de motu grauiũ ⁊ leuiũ mixtor. ¶ 4ª ꝛclusio si vacuũ eēt graue simplex posset moueri i ipo successiue: vbi grã: posito q̄ totũ quod est infra concauũ orbis lune esset annihilatuz excepto vno paruo graui: vnit graui: vbi grã: pedale cuius vna quarta esset ab vna parte mediũ mundi: ⁊ residuũ esset ab alia: tũc illud graue moueret taz diu q̄ mediũ eius fieret mediũ mũdi: ⁊ p totũ mouet minor pars illius que esset ab vna parte medij mundi resisteret residuo: pp̄ter hoc q̄ violenter pelleret a medio mundi oia ista itelligunt supposito q̄ a grauib^9 circũscribat appetitus quo appeterent replere vacuũ si eēt ⁊ q̄ obtinant appetitũ eius nālem. s. appetitũ essendi in locis suis ꝓprijs. ¶ Et sit 2^a ꝛclusio hec supposito qd̄ iam dictum est: ⁊ hoc totũ qd̄ est ifra latera celi eēt annihilatũ excepto vno graui qd̄ tangeret ꝛcauũ celi illud infinitũ velociter descēderet: pbat: q: plus q̄z in duplo velocius aliquo descēderet certa velocitate ⁊ plus q̄z in quadruplo velocius q̄z illud idem: ⁊ plus q̄z in octuplo: ⁊ sic in ifinitũ pp hoc q̄ descēderet sine resistētia taz itrinseca q̄z extrinseca. ¶ 2^a si descēderet aliqua certa velocitate: tũc descēderet ab aliqua certa ꝓportione potētie mouentis ad resistentiã: sed hoc est falsum: falsitas patet ex eo q̄ nihil sibi resisteret: ⁊ tenet ꝛñtia ex eo q̄ oīs certa velocitas sequit aliquam proportionē mouentis ad resistentiã saltem in mouentibus nō volũtarijs. Sed dices: si graue simplex descēderet in vacuo infinite velociter tunc graue simplex nō moueret in vacuo: ⁊ si moueret: cum omnis motus fiat in tempore tũc moueret in vacuo in tempore ⁊ p ꝛsequens nō in instanti cuius oppositum dicit Ar. Respondet q̄ si descenderet in infinitũ velociter in vacuo ⁊c̄. concedo ꝛsequētiã: sed nego antecedens nō enim dixi in questione q̄ descēderet in infinitũ velociter: sed dixi q̄ in infinitum velociter descenderet: modo prima est falsa: ⁊ 2ª vera: nec prima sequit ad secũdaz ex eo q̄ in prima ly descēderet tenet determinate: sed in secũda confuse tñ: ꝓpter hoc q̄ hoc fincathegorema. infinitũ in secũda precedit: in prima vero subsequit. ¶ Adhuc diceres q̄ si graue simplex in infinitũ moueret in vacuo sequeret q̄ resistentia quantũcũq̄z esset parua esset potētie infinite: hoc autem est falsuz: probat ꝛsequētia: q: posset demere ab alio simplici aliquāto gradu velocitatis ⁊ duplũ ad illũ ⁊ quadrum ad secũdum ⁊ sic in infinitũ: ⁊ sic posset demere a gradu simplici infinitam velocitatem: qua ipsum mouetur in vacuo: sed hoc facere est potentie infinite: quia

demere

demere ab aliquo aliquem gradum velocitatis est alicuius potentie: ⁊ demere ab ipso duplū: est maioris po^{c}: ⁊ sic vltra: ergo demere ab ipso infinitā velocitatē est potentie ifinite. ¶ Pro solutiōe isti^{9} argumēti dico ꝙ si aliqd infinitū: velociter mouek cū resistētia: tunc bene ꝓcedo ꝙ illud quod faceret ipsum finite velociter moueri esset potētie infinite. si vero aliqd in ifinitū velociter moueret sine resistētia: tunc dico ꝙ illud qd faceret ipm finite velociter moueri nō oportet ꝙ illud sit potentie infinite: ⁊ ex hoc ad argumentum.

Ad rationes principales. ad primā ista bñ probat de graui mixto ꝙ illud moueretur in vacuo successiue: ⁊ finita velocitate: ⁊ hoc dixit vna ꝓclusio. ¶ Ad 2^{am} ꝓcedo antecedens: vñ bñ ꝓcedo ꝙ graue simplex in vacuo incipit moueri ad suū locū nālē: ⁊ in ifinitū velociter mouek ad ipsuz: sed nō sequik: ergo mouetur ad ipm in ifinitū velociter ex eo ꝙ arguik a termino stāte ꝓfuse tñ: ad eundē stantē determinate. ¶ Ad 3^{am} dico ꝙ cum illa rōne bñ stat vltima conclusio ꝙ alie ꝓnes sibi repugnāt. ¶ Ad 4^{am} salua est in p̄cedēti qōne. ¶ Ad 5^{am} hoc eēt ꝑpter defectū resistētie ⁊c. Unde ꝓcedo ꝙ sic: ⁊ quum dicebak de corpore luminoso: dico ꝙ si aliquod corpus luminosum illuminat aliqd spatiū successiue quo ad partes quātitatiuas illius spatij: hoc non est ꝑpter resistentiā: sed ꝑpter motum localem corporis luminosi: vel illius quod successiue illuminatur: ⁊ quum dicebatur de celo dico ꝙ ibi voluntas intelligentie mouentis tanto gradu velocitatis tenet locum resistentie.

Questio. xij.

Vtrum si vacuuz esset aliquid posset moueri in ipso velocitate finita seu motu alterationis: ⁊ arguik primo ꝙ nō motui locali: naz si sic hoc maxime videreк de motu locali mixtoz: sed hoc nō: qz mixta nō mouenк nisi ad motuz elementi ꝓducentis in ipso: sz nullū elementuz moueк in vacuo: velocitate finita: sicut dictuz est in alia qōne ⁊ hoc ꝑpter defectuz tam resistētie intrinsece: q̄z extrinsece: ergo etiam videtur: ꝙ nec mixtū. Et ꝓfimatur: nam capiak vna portio terre pure ⁊ capiak vnum plumbū quod sit grauius ista terra: tunc illa nō descēdit in vacuo velocitate finita: sed infinitū velocitate descendit: ergo nec illud plumbū: ex quo grauius est descēdet velocitate finita. ¶ 2° si fit b̄ maxime videretur motu alterationis. ex quo ad illū nō requirik resistētia extrinseca. sed hoc nō: qz motus localis qui est ꝓmus motuū: nō posset fieri in vacuo: ergo videк ꝙ nec motus alterationis ergo ⁊c.

In oppositū argr: nā si eēt vacuū adhuc homines possent ambulare sup terrā: q̄z aues nō possent volare: vez ē ꝙ hoies nō diu possent ambulare ꝑp b̄ ꝙ nō diu possent viuere ꝑp defectū respirationis: similr si aliqua aqua calefacta poneреk in vacuo ipa alteraret se ad frigiditatē prioré: ergo vk ꝙ taz mot^{9} localis: q̄z motus alterationis posset fieri in vacuo si esset ex alio: nam sicut dictū est in alia qōne mixta possent moueri i vacuo: qz hñt resistētiā itrinsecā. breuiter dico ꝙ nunq̄z experti sum^{9} vacuū eē: iō nō bñ scim^{9} qd fieret si vacuū eēt: nihilomin^{9} videndū est: qd tunc fieret vñ videmus ꝙ entia nālia mirabilr patiunt violētiā ne fiat vacuū: videmus. n. ꝙ si aliqua fistula ponik ad aquā. Et si extrahik aer de fistula ꝙ aqua insequik ascēdēdo appetens manere ꝓtigua aeri ne fiat vacuū. ¶ Ideo sit p̄^{a} ꝓclusio ꝙ si de^{9} totū qd est ifra duos istos pietes: annihilaret in ifinitū velociter: isti duo parietes rarefierēt ad euitādū vacuū: pbak: nā dictū ē entia nālia appetere euitare vacuū: ⁊ iclinak ad b̄ ex eoz nā: vel ꝑ appetūt: vl iclinanк ad hoc finite vel ifinite: si ifinite velociter latera istoz ꝓcurrerent ⁊ sic p̄ētur itentū: si aūt solū finite segк ꝙ virtus finita po^{a} ⁊ appetit^{9} istoz parietū posset tenere istos parietes ne cōcurrerent: ⁊ sic virt^{9} finita posset ꝓseruare vacuum: imo augeк: vt si talis virt^{9} maior ꝓseruaret istos parietes: nō hoc est falsum ex eo ꝙ solū de^{9} posset ꝓseruare augere ⁊ facere vacuū. ¶ Sz dices nullus est appetit^{9} ifinitus in istis iferioribu^{9}: ꝗ nō opz ꝙ si fieret vacuū ꝙ entia nālia mouētia ifinite appetūt illud euitare. ¶ Rñdeк ꝓcedēdo ꝙ de facto nullus est appetit^{9} ifinit^{9} in istis iferioribu^{9}: tñ si de^{9} faceret vacuū: tūc entia nālia ifinite appeterēt istud euitare: si dimitterenк sue nature: ⁊ b̄ est qd cōiter dicā ifinitum abhorret vacuū: imo anteq̄z maneret vacuū celum descēderet ⁊ repleret. ¶ 2ª ꝓclusio si eēt vacuū iter celuz ⁊ terrā: ⁊ eēt aliq̄ supficies plana: que eq̄ distās a centro sup quā eēnt due spere graues: vna. a. ⁊ alia. b. ⁊. a. eēt grauior q̄z. b. tūc q̄cūq̄z virt^{9} pua quātūcūq̄z posset ifinitum facilr mouere qualibet istaruz sperazz: pbak sup ista supficie: pbak: nā qlibet istaz sperazz tāgeret illā supficiez in pūcto: ⁊ sic qlibet medietas ponderaret ꝗ aliā equalr sicut duo pondera in eqlibra ⁊ cū qlibet excessus sufficiat ad motū: segк qualibet virtutē qualibet istaz sperarū in ifinitū facilr posse mouere. Vlex ē tñ ꝙ b̄ nō eēt in pleno: qz tūc pellenti nō soluz resisteret vna sperazz: sz ēt aer: ⁊ sic in aere nō quātūcūq̄z pua virt^{9} posset pellere ⁊ mouere istas speras. ¶ 3ª ꝓclusio: q̄z uis quātūcūq̄z pua virt^{9} posset istas speras mouere in vacuo: nulla tñ virt^{9} finita eq̄li velocitate moueret magnā sicut paruā: hoc declaratur in nūis: naz fit sic ꝙ in spera. s. in. a. vna medietas trahat ꝓtra aliā sicut duo ꝗ duo ⁊ isup pua puta. b. vna medietas trahat ꝗ aliā sicut vnū ꝗ vnum: ⁊ fit po^{a} sicut vnū in maiori ꝑportiōe mouet puā q̄z magnā ⁊ p ꝓns veloci^{9}: vñ mouet puā a ꝑportione dupla: ⁊ magnā a ꝑportione sexgaltera: naz cū illa virt^{9} incipit mouere puā: vna illaz medietatū ꝓcurrit secū in mouēdo aliā: ⁊ cū qlibet illarū medietatū fit sicut vnū tota po^{a} pue motiua erit sicut duo ⁊ resistētia sicut vnū. mō duoz ad vnū est ꝑportio dupla: in motu aūt spere magne po^{a} totalis po^{c} motiue est sicut tria resistētia sicut duo. mō ꝑportio triū ad duo est ꝑportio sexgaltera. ¶ 4ª ꝓclusio filr si eēt aliqua equelibra suspensa in vacuo pondus mai^{9} nō obstāte ꝙ graue simplex descēderet successiue: pz b̄: qz q̄z uis nō hiet resistētiā itrinsecā nec resistentiā extrinsecā: quātū eēt ex pte medij tñ hiet resistētiā extrinsecā: quātū esset ex pte ponderis ꝗ pensi. ¶ 5ª ꝓclusio suspēsa aliqua eqlibra in vacuo ⁊ appensis duob^{9} ponderib^{9} eq̄ grauibus graue quātūcūq̄z fuerit appositū vni facit ipm descēdere hui^{9} rō est: qz qlibet excessus sufficit ad motū: verūtñ sic nō eēt in pleno vt dictū est ꝑus: vñ si qlibet istoz duoz pondez eēt graue sicut duo ⁊ mediū resisteret sicut vnū: ⁊ vni istoz ponderum adderek sicut vnū: nō ꝑpter hoc descēderet: aliter. n. a ꝑportione maioris equalitatis fieret motus sicut ꝑus declaratū est. ¶ 6ª ꝓclusio: si eēt aliqua tabula trāuersalr posita in vacuo supra quā poneреk vnuz graue simplex spericū descēderet sup ipaz successiue velocitate finita: pz hoc: ex quo nō posset descēdere per lineā rectā descēderet natādo: ⁊ vna pars eleuaret aliā: ⁊ tūc illa pars que eleuareк violenter teneret locū resistētie. ¶ 7ª ꝓclusio q̄z uis massa plūbea ponderaret plus in eqlibra q̄z aliqua aq̄ simplex. tñ si ambo ponerenк in vacuo aqua i ifinitū velociter moueреk vel descēderet: plūbū aūt descēderet successiue: pz hoc: qz plūbū q̄z uis nullā hiet resistētiā extrinsecam: tñ qz esset mixtuz hiet resistentiā extrinsecā: aqua aūt nō hiet resistentiā: nec itrinsecā: nec extrinsecam. ¶ 8ª ꝓclubo mixta cōsimilis cōpositionis equalr mouenк in vacuo: sz nō equalr in pleno: ꝓmū pz: ex quo essent ꝓsilis mixtionis: ꝓsimilis esset proportio motiue potentie sup totam resistentiam in vno sicut in alio: ex quo nō hient resistentiā nisi intrinsecā: sed si descēderent ex ꝓsimilibus proportionibus: tunc etiā descenderent ex consimilibus

velocitatib⁹:2ᵃᵐ pz:nã fit vnũ mixtũ:cui⁹ grauitas fit fiẽ q̃tuor: ⁊ fit illud a.deide fit aliud mixtũ.b.cui⁹ grauitas fit sicut quatuor:⁊ leuitas fit sicut duo:tũc.a.⁊.b.sunt ꝓsil'is mixtionis.ponat ergo ad mediũ resistẽs sicut vnũ: pbo q.a.descendit velocius q̃z.b.pz:qz ex maiori ꝓportione po⁵ mouẽtis ad resistẽtiã:cõputãdo.n resistẽtiã intrinsecã ⁊ extrinsecaz simul tota resistẽtia.a.est sicut duo ⁊ potentia motiua sicut.8.in.b.vo tota resistẽtia est sicut tria:⁊ po⁹ motiua sicut quatuor:mõ maior est proportio 8.ad duo q̃z fit proportio quatuor ad tria. ¶ 9ª conclusio in vacuo possibilis esset alteratio si vacuũ eẽt:pz hoc: naz si eẽt vacuũ ⁊ poneret ad ipsuz aqua calefacta:illa ab intrinseco alteraret se ad frigiditatẽ priorẽ. ¶ 10ª ꝛclusio si vacuũ eẽt nõ esset poꝛis in ipso alteratio ab extrinseco nisi tunc agens ⁊ passuz eẽnt imediata:vnũ eoꝝ nõ attingeret in reliquũ:⁊ hoc eẽt ꝓpter defectũ deferẽtis ⁊ recipientis itermediũ actionẽ alicui⁹ istoꝝ:⁊ ideo si vacuũ eẽt inter nos ⁊ celũ nõ viderem⁹ astra:nec astra nec celũ:⁊ hoc esset ꝓpter defectuz mediũ per qõ deberent multiplicari spẽs visibiles ⁊ sil'r si iter te ⁊ me eẽt vacuũ quãtũcũq; ego clamarẽ tu nõ audires nec videres me:hoc totũ esset propter defectum mediũ ⁊c.

Ad rõnes principales.ad primam dico q̃ q̃z uis mixta moueant ad motũ elemẽti ꝑdominãtis in eo:nõ tũ tanta velocitate sicut moueret illud elemẽtũ si eẽt separatũ ab ipsis. ¶ Ad ꝛfirmationẽ pz ex q̃one. ¶ Ad 2ᵃᵐ dico q̃ imo aliquis motꝰ localis fieret in vacuo si eẽt:vel saltẽ posset fieri:sic negãdũ est illud qõ assumebat in illa rõne:⁊ ẽt q̃ nõ qlibet motꝰ localis est cã ⁊ ꝑmus motus alioꝝ motuũ:sed solũ motus circularis celi:non oportet si motus alterationis posset fieri in vacuo:ergo quilibet alter motꝰ localis posset fieri in vacuo.sequitur ⁊c.

¶ Tex.cõmẽti.lxiij.

¶ Contingit autem ⁊ densari nõ in vacuum ⁊c. Qõ.xiij.

Vtrum condensatio ⁊ rarefactio sint poꝛes:⁊ arguit primo de cõdensatione q̃ nõ:nã si eẽt poꝛis:tũc vacuuz eẽt poꝛe:vel penetratio corporꝝ:qõlibz istorũ est incõueniẽs:vt pz ex ꝑdictis.ꝛnã pbatur:nam sit vnũ corpus pedale ⁊ cõdensek ad subduplũ ita q̃ i fine horꝛ occuparet ꝑcise tm̃ locũ:fiẽ ꝑus occupauit solũ vna ei⁹ medietas:tũc vna illaꝝ medietatũ ingressa est aliã:vel g̃ p vacuũ vel nõ:si p vacuũ hẽtur vnũ ꝓpositũ:si nõ facta ẽ penetratio:nec ꝑt dici saltẽ vl'r q̃ ꝑ sit factũ per porꝛos repletos corporib⁹ subtilib⁹ cedẽtib⁹ in ꝓdẽsatiõe:nã elemẽta nõ hñt tales porꝛos:⁊ tm̃ pñt ꝓdẽsari g̃ nõ vl'r p põnẽ taliũ porꝛoꝝ põt euitari vnũ ꝓpositoꝝ:sz vel opz ponẽ vacuũ:vel penetrationẽ corporꝝ. ¶ 2° p ꝓdẽsationẽ ꝑtes fiunt ꝓpinqorꝛes iacẽtes q̃z ꝑus:si g̃ ꝓdẽsatio alicui⁹ ꝑtinui fit poꝛis:vl' ꝑtes ei⁹ ꝓpinqus iacere q̃z ꝑus vel q̃z nũc iaceant fit poꝛe:sz ꝑ est falsuz ex eo q̃ cuiuslibet ꝑtinui ꝑtes sunt imediate:⁊ p ꝓns nõ pñt ꝓpinqus iacere. ¶ 3° si aliq̃ portio mãe posset ꝓdẽsari qõ oporteret si ꝓdẽsatio eẽt poꝛis:pari rõe q̃lz posset ꝓdẽsari: sz ꝑ nõ:qz si q̃libet posset ꝓdẽsari ponat in eẽ q̃ q̃libet cõdẽsek:⁊ cũ iã ꝓcauũ orbis lũe sit repletũ totali masse mãe p⁵:seqt si q̃libet ei⁹ portio ꝓdẽsaret q̃ derelinq̃ret vacuũ iter latera celi:⁊ latera mãe p⁵:post q̃z in recessu mãe p⁵ a celo:celũ nõ posset iseq pp ꝑ q̃ celũ nõ ẽ mobile nisi motu circulari. ¶ Sil'r quarto arguerek sic de rarefactiõe:nã si rarefactio eẽt possibilis tunc aliqõ rarefactibile posset rarefieri:⁊ qua ratione vnuz eadem ratione quodlibet: ponatur ergo in esse q̃ quodlibet rarefactibile rarefiat, quo posito vel corpora opz se penetrare:vel latera elongare abinuicem postq̃z iam n concauũ orbis lune est totaliter repletũ:g̃ si quodlibet infra cõcauuz orbis lune rarefieret:tunc aggregatũ ex orbibus his que sũt infra cõcauũ orbis lune oporteret minorẽ locũ occupare. Sed hoc nõ posset nisi celũ extẽderek:vel fieret penetratio corporum. ¶ 5° nã vel densius dz cui⁹ ꝑtes ꝓpinqui⁹ iacẽt vel quod plus hz de mã sub eq̃li extensione:vel minori q̃z minus densum:si dicat ꝑmũ sequit q̃ vnus pugillus aeris ẽ ita densus:sicut vnus pugillus aque vel terre.hoc aũt est in cõueniẽs:pbat:nã due medietates vni⁹ pugilli aeris ita ꝓpinque iacent sicut due medietates vni⁹ pugilli aq̃ vel terre:⁊ sil'r due quarte:vel due tertie:vel vni⁹ pugilli aeris ita ꝓpinque iacent:sic due quarte:vel due tertie vni⁹ pugilli aque:g̃ nõ videt q̃ aliqd dicat densius pp ꝑ:vel equaliter densuz:alio q̃ ꝑtes eius ꝓpinqus iacẽt q̃z ꝑtes alteri⁹:si aũt dicat secũdũ:hoc nõ videt posse stare sine penetratione materieꝝ:⁊ per ꝓns videt cõdensationem nõ esse possibilẽ:nisi per corporũ penetrationem:ergo ⁊c.

In oppositũ est Arz.in ista q̃one ꝑmo rñdendũ est per aliquas ꝛclusiones.2° videndũ est de modo per quẽ fit ꝓdensatio ⁊ rarefactio.

Quantum ad ꝑmũ sit ista ꝑma ꝛclusio. Cõdẽsatio ⁊ rarefactio sunt possibiles p solũ motũ localẽ illius qõ rarefit vel ꝓdẽsat:pz hoc nã quum aliqs vadit:aerẽ ante se ꝓdensat:ita q̃ ꝑtes aeris ante se mouent ad inuicẽ ⁊ fiũt ꝓpinqorꝛes q̃z ꝑus erãt absq; aliq̃ alteratione a calido:vel frigido:⁊ aer retro vadẽs rarefit: ⁊ insequit illũ ita q̃ ꝑtes illi⁹ aeris mouent adinuicez:⁊ fiunt ꝓpinqorꝛes q̃z prius erãt absq; aliq̃ alteratione a calido vel frigido:⁊ aer retro uadẽs rarefit ⁊ insequit illuz ita q̃ ꝑtes illi⁹ aeris mouent localr abinuicẽ:absq; aliq̃ alteratione facta p calidũ:vel frigidũ. ¶ 2° nã si aliqs cõburit stramina:vel ligna ex quibus giat multus ignis opz aliqua corpora cõprimi ⁊ cõdensari absq; hoc tm̃ q̃ fiat per alterationẽ a calido vel frigido factaz in ipsis q̃ oporteat ea sic cõprimi:pz ex eo nam aliter oporteret corpora se penetrare.vel corpora latera celi extendi. ¶ 3° hoc idez pz de vesica repleta aere vndiq; obstructa:q̃z si comprimat aer in ipso cõdensat:⁊ nõ nisi per motꝰ localem. ¶ 2ª cõclusio cõdensatio ⁊ rarefactio sunt possibiles p alterationẽ a calido vl' frigido factã:pz hoc nã sicut aliqua olla semiplena aqua frigida:⁊ ponat super ignẽ per calefactionẽ ipsius aque:aqua tm̃ rarefit q̃ tũc olla fit plena. Similiter si aliqua olla iã esset plena aqua:⁊ illa aqua i tantũ frigefieret q̃ cõgelaret:facta eẽt cõdensatio p actionem frigidi in tantũ q̃ talꝰ cõgelatione facta olla nõ maneret plena. Idem pz si vna vesica plena repleta aere vndiq; obstructa ponat prope ignem fit tantũ dura q̃ nisi ex rarefactione aeris in ea existẽtis per actionem ipsius ignis. Deinde si vesica ponat ad locũ frigidũ:multũ põt cõprimi:⁊ hoc nõ videtur ex alio:nisi quia aer inexistẽs ei est ꝓdensatus a frigido:per quã cõdensationẽ factam non põt occupare tantum locum sicut prius. ¶ 3° nam si ponatur vna olla super ignẽ:sic q̃ culus olle vertatur sursum:⁊ os olle super ignẽ sic q̃ aer existẽs in olla calefiat:⁊ deinde illa olla statim ponat super aquã frigidaz: tunc pp frigefactionẽ illius aeris:ille aer tantum condẽsatur q̃ vix sufficit replere medietatez olle:⁊ huius signũ est:q̃ illa olla sic posita super aquam inuenitur per medietatem repleta aqua:que ascendebat cõtinue sicut aer in olla condensatur:⁊ sic ascendebat: ne fieret vacuum. ¶ Tertia conclusio q̃ rarefactio ⁊ condensatio aliquando non fiunt per alterationem sine generatione:sed cuz generatione:patet hoc nam quãdo ex aqua fit aer tunc fit rarefactio:⁊ non solũ p alterationẽ vez ẽt per giationẽ:⁊ sic cõdensatio quũ ex aere fit aqua:sed nõ ad tantuz gradũ raritatis:vel densitatis põt fieri ꝓdẽsatio vl' rarefactio p motũ localẽ:sicut p alterationẽ:nec tanta p alte-

rationẽ

rationē sicut per gīiationē: vnde p solā alterationē: aqua nō posset rarefieri ad gradū raritatis aeris: nisi cum hoc esset gīiatio aeris ex aqua. ¶ 4ª ꝛclusio qōlibet ꝛdensabile pōt cōdensari: pz ex quid nominis ꝛdensabilis: naz cōdensabile dicit qō potest cōdensari. ex quo est: qōlibet cōdensabile est cōdensabile. qōlibet ꝛdensabile potest cōdēsari ergo. ¶ Quinta ꝛclusio qōlibet rarefactibile pōt rarefieri: ista cōclusio pz consimili mō sicut ꝓcedens. ¶ 6ª cōclusio impossibile est qōlibet ꝛdensabile cōdensari: pz ex eo q̄ hec est impossibilis quodlibet cōdēsabile cōdensatur opz remanere vacuū inter cōcauum celi ⁊ cōuexuz totius aggregati ex omnibus que sunt infra concauum orbis lune: vel opz latera celi appropinquari adinuicez: quoꝝ quodlibet est impossibile. ¶ 7ª cōclusio impossibile est quodlibet rarefactibile rarefieri: pz vt ꝓcedens. Ex his sequit q̄ si aliquid cōdensat: necesse est aliquid rarefieri: filr si aliquid rarefit necesse est aliquid cōdensari: pz hoc: naz si aliquid rarefieret nullo alio cōdensato aggregatum ex omnibus existētibus infra speraz orbis lune: tunc fieret maius q̄z modo est: ⁊ per ꝛns oporteret q̄ penetrarent se corpora: vel q̄ latera celi plus extēderentur. Similiter si aliquid cōdensat ⁊ nihil rarefieret aggregatum ex omnibus que sunt infra orbem lune fieret minꝰ q̄z modo est: ⁊ tunc vel derelinqueret vacuum: vel oporteret latera celi insequi: quodlibet istorū est incōueniens ⁊ ꝓpter hoc quum aliquid rarefit necesse est aliqd cōdensari: ⁊ quum aliquid cōdensat necesse est aliquid rarefieri ad istum finem vt aggregatum ex omnibus que sunt infra orbem lune cōtinue maneat equalr extēsum ⁊c.

Quantum ad secūdum est sciendum q̄ densius alio dicit quod sub equali extensione, vel minori hz plus vel equaliter de mā q̄z illud respectu cuius dicit densius. Illud autē dr rarius alio qō sub equali vel maiori extēsione hz minus vel equalr de mā q̄z illud respectu cuius dicit rarius: verbi gra de primo: vnus pugillus terre dr densior q̄z vnus pugillus aque: quia sub equali extēsione hz plus de mā: filr vnꝰ pugillus terre dicit densior q̄z aggregatuz ex. x. pugillis aque. eo q̄ sub minori extēsione hz equalr de mā: tantū enim est de sba materie in vno pugillo terre: sicut in decez pugillis aque. Exemplū secūdi: vnus pugillus aque dicit rarior vno pugillo terre: ex eo q̄ sub equali extensione hz minus de mā: filr aggregatum ex. x. pugillis eque dr esse rarius vno pugillo terre: ꝓpter hoc q̄ sub maiori extensione hz equalr de mā. ¶ 2° sciēdum q̄ aliquid dicit densius modo q̄z prius: ꝓpter hoc ꝓtes eius ꝓpinquius iacebant. Sed dicit rarius mō q̄z prius ꝓpter hoc q̄ partes eius remotius iacent q̄z prius iacebant: ⁊ hoc dz itelligi deducta subtractione: vel additione materie: sic ergo visum est quare aliquid dicit densius alio: ⁊ similiter: visum est quare aliqd dicit rariꝰ alio: vel rarius mō q̄z prius erat. ¶ 3° sciendū est q̄ rarefactibiliū ⁊ cōdensabiliū: quedā sunt mixta: ⁊ quedaz sunt simplicia: mixta solent poni porosa hntia poros repletas quibusdā corporibꝰ subtilibus de facili cessibilibꝰ ⁊ cedentibus in cōdensatione ⁊ approximatione partiū adinuicē taliū corporū: ⁊ in rarefactione talium quedam corpora subtilia sicut aer itrat tales poros ꝓpter huiusmodi poros nō est difficile saluare rarefactionē ⁊ cōdensationē corporum mixtorū: sed difficilius est saluare ista de corporibus simplicibus nō porosis propter hoc q̄ aliquibus difficile vr: quō talia cōdensantur: ⁊ fiant minora q̄z prius erāt sine penetratione corporū: ⁊ sub ingressu vnius in reliquuz. ¶ Istis notatis sit prima conclusio cōdensatio corporum porosorum nō fit absq̄z incessu aliquoꝝ corporū ab ipsis: patet hoc: q: talia corpora sunt porosa habentia poros in quibus sunt corpora subtilia cessibilia: ergo talia cedunt in approximatione partium illius corporis adinuicez vel ad minus mixtorum cōdensantur. Et ideo magis verificando conclusionem cōdensatio corporum non simplicium nō fit absq̄z recessu aliquorum corporum subtiliū ab eis: vel ꝓdensatione taliuz corporū subtilium proportionaliter suo modo de rarefactione corporum mixtorū porosorū. ¶ 2ª ꝛclusio cōdensatio corporū simpliciū nō porosorum fit sine recessu talium corporū subtiliū ab ipsis ⁊ sine ꝓdensatione talium: patet hoc ex eo q̄ in corporibꝰ simplicibus nō porosis nō sunt talia corpora subtilia alterius rationis ab illis corporibus simplicibus cōdensabilibus ꝓportionaliter dicat suo modo de rarefactione corporū simpliciū videlicet: q̄ talia corpora simplicia rarefiunt absq̄z aduentu ⁊ subingressu corporū subtilium in poros ipsoꝝ: patet hoc ex eo q̄ nō habent poros. ¶ 3ª ꝛclusio ꝛdensatio fit per motum partiuz ꝛdensabilium adinuicem: pz hoc quia sicut dictū est: aliquid dicit densius modo q̄z prius: quia partes eius ꝓpinquius iacent q̄z prius iacebant. sed hoc nō potest fieri sine motu predicto. ergo oportet si aliquid est ꝛdensatum: q̄ partes eius prius moueant adinuicē: ⁊ per ꝛns cōdensari nō est nisi partes ꝛdensando moueri versus inuicem: ⁊ hoc itelligēdum est de partibus medietatis: partes enim que sunt in medietate nō possunt esse ꝓpinquiores ⁊ per ꝛns nō possunt moueri adinuicez: sed partibus medietatis: quibuscūq̄z datis ille possunt moueri adinuicem: ⁊ fieri ꝓpinquiores: ⁊ igitur ꝛdensatione facta partes que erant imediate nō sunt ꝓpinquiores modo q̄z prius: ſz partes mediate bene: quia mediū qō erat inter eas factū est minus: ⁊ vna earū est mota versus aliā: ⁊ per talē motū partiū mediataꝝ adinuicem per minorationē medij iter cepti inter ens: ꝓpter hoc q̄ materie non repugnat stare sub minori vel maiori extensione absq̄z positione vacui: ⁊ absq̄z subingressu ⁊ penetratione corporū ꝓportionaliter dicatur suo mō de rarefactione. ¶ Circa dicta dubitatur vtrū in omni rarefactione rarefactibili acquirat vna res noua: ⁊ in oi ꝛdensatione ꝛdensabili deperdat vna res antiqua. verbi gra: vt quū aqua pedalis rarefacta est q̄ facta est bipedalis opz ponere in aqua illa aliquam rem quā prius nō habuit: ⁊ filr quū aqua pedalis ꝛdensata est q̄ facta est semipedalis oporteat ponere q̄ aqua prius aliqd habuit qō mō nō hz. ¶ Ad istā dubitationē isti cōponunt oēm quatitatē eē distinctā: rñderent q̄ sic: vñ quū aqua pedalis quātitatis per rarefactionē facta est bipedalis dicerent ipsaz hīe aliquā rez: quā prius nō habuit. s. extēsionē bipedalē: quā ponūt eē rez distinctā ⁊ supadditam substātie extense: suo mō dicerent de ꝛdensatione ⁊ ad Aꝛ. dicerent quū dicit in isto quarto rarefactionem posse fieri nulla re noua aduenīte: ⁊ condensatio nulla re antiqua recedente q̄ per hoc Aꝛ. intendit ponere differētiā iter rarefactionē: ⁊ augmētationē ꝓprie dictam: ⁊ ꝛdensationē ⁊ diminutionē ꝓprie dictā: ita q̄ sicut ipsi dicunt Aꝛ. intelligit hoc sic q̄ rarefactio fit nulla re aduenīte noua: verū est ab extrinseco sicut oporteret in augmētatiōe ibi eniz oportet aduenire cibū ab extrinseco nihilominus rarefactio fit aliqua re noua aduenīte per educationē illiꝰ rei de potētia materie. s. noue quātitatis ꝓportionalr suo mō dicunt de ꝛdensatione: ⁊ diminutione ꝓprie dicta. sed breuiter ista responsio nō valet ex eo q̄ supponit extēsionē: ⁊ quātitatē esse rez distinctam a re extēsa ⁊ quāta ⁊ hoc sup primo huius improbatum taliter qualiter. ¶ Dicendū est ergo aliter ⁊ cum Aꝛ. ⁊ sine glosa q̄ rarefactio pōt fieri sine aliqua re noua acquisita: ⁊ ꝛdensatio sine aliqua re antiqua deperdita: naz rarefactio pōt fieri per solā elongationē partiū adinuicem: ⁊ cōdensatio per solam approximationē partiū adinuicē: mō ista pnt fieri sine acqsitione vel depditione alicuiꝰ rei supaddite rarefactio vel ꝛdensatio. Sz dices q̄ quū aqua p rarefactionē facta est bipedalis ē pcise eadez

que prius: nec modo aliquod habet quin prius habuerit quū erat pedalis. concedo: sed tunc arguitur sic: quicquid est hoc mō prius erat: sed bipedale hoc est modo. g bipedale hoc prius erat: concedo: nego tamen q hoc prius erat bipedale: nec hoc concludit argumentum.

Ad rōnes principales. ad pmā pz per expositionē ⁊ similiter ad secundā: nam q̄ruis partes ptinui imediate non possint propinquius iacere: q̄z prius iacebāt: tū partes mediate bene possunt ⁊c. ¶ Ad tertiam si ⁊c. concedo: ⁊ per pñs quelibet cōcedo: q̄ quelibet potest pdensari: nego tamē q possibile sit quamlibet pdensari. Et quū dicebat: si quelibet potest pdensari ponat in esse placet mihi: sed dico q non debet poni in esse per istam quelibet condensat: sed debet poni per plures singulares vt per istas: hec portio pdensat: ⁊ illa portio pdensatur: ⁊ illa: ⁊ sic de alijs: modo quelibet istarū singulariū est possibilis. ¶ Ad quartam dico pcedendo quodlibet posse rarefieri. nego tamē q possibile sit qlibet ⁊c. recte sicut dicebatur ad precedentē. ¶ Ad quintam dico: q idem bene dicitur densius q̄z prius erat: q̄ partes eius ppinquius iacent q̄z prius. sed quū aliquid dicimus densius in comparatione ad aliud: tūc dī densius quod sub equali vel minori extensione habet plus vel eq̄liter de mā: q̄z illud: nec oportet ppter hoc ponere penetrationē māeā ⁊ extēsionē plurū māerū. vt pz ex dictis.

¶ Tex. cōmēti. xciij.

¶ De his igitur que insunt ipsi: tot opposita sunt ⁊c. Qō. xiiij.

Quantũ ad secundũ sit ꝑma ꝓclusio nõ ante quẽlibet motũ fuit motus qui eẽt vel fuisset alicuius pars: loquẽdo de ante primo mõ: probatur: qz quocunqz motu dato ipse & ꝑma eius medietas fil' incipiunt: & fil' ipse & ꝑma eius quarta: & fil' ipse & ꝑma ei^9 octaua: & sic in infinitũ. ¶ 2^a ꝓclusio: nõ est aliqs mot^9 qn ante ipsuz fuerit motus qui sit eius pars loquẽdo de ante secõdo mõ: probat pro quo supponit q̃ motus est in infinitũ diuisibilis: ꝑm diuisionẽ temporis tũc sic: quocunqz motu dato ꝑma eius medietas ante finit: q̃z ipse: & ꝑma eius q̃rta ꝑus q̃z eius medietas: & ꝑma eius octaua pri^9 q̃z ꝑma eius q̃rta: & sic in infinitũ. g̃ quocunqz motu dato ante illũ erat alius: ex hoc sequit conclusio rñsalis ad qõnẽ q̃ oẽ qd̃ mouet prius mouebat: & fil' omne qd̃ qescit prius quiescebat: nã ex quo quies est ꝑuatio mot^9: & sicut motus nõ põt esse nisi in tpe: ita & quies nõ põt esse nisi in tẽpore: & pp hoc: quacũqz quiete data ꝑmo finitur medietas tẽporis in quo est q̃z illud tps: & per ꝓñs omne quiescens in aliquo tpe prius quiescebat in medietate illius tẽporis: ẽt cõclusio rñsalis. s. q̃ omne qd̃ mouet prius mouebat: põt ꝓbari non solũ ex pte tẽpor^is sed ẽt magnitudinis: super quã fit motus: nã omne qd̃ mouetur sup aliq̃ magnitudine prius ptransit medietatem q̃z totũ: & prius medietatẽ medietatis: & sic in infinitũ: & hoc non eẽt nisi tale quũ mouet prius mouebat: & põt ẽt probari dicta cõclusio ex pte potentie mouentis adhoc q̃ aliquod mouẽs moueat aliquod mobile reqrit q̃ excedat ipsum excẽsu diuisibili: g̃ talis excessus fuit acquisit^9 successiue: cũ tale mouens prius excessisset suũ mobile p medietatẽ sui excessus: & prius p medietatẽ medietatis & sic in infinitũ: ergo quãdocunqz eẽt verũ dicere de tali medietate q̃ moueret suũ mobile verũ esset dicere q̃ prius mouisset. ¶ 4ª cõclusio nõ est aliquod mutatũ eẽ qn ante ipm fuerit mutari: pz per qd nominis mutari eẽ: quia nõ est aliquod mutatũ eẽ: nisi p mutationẽ quã qui dẽ illud mutatũ esse ponit terminare. ¶ Quinta cõclusio ante cuiuslibet mutari finitionẽ est mutatũ esse: patet qz de qualibet mutatione verz est dicere q̃ anteq̃z finiat q̃ ei^9 medietas finitur & nõ finitur nisi ad mutatuz esse: g̃ ante finitionẽ illius mutationis erat mutatũ esse' ꝑm primaz medietatẽ illius mutationis. ¶ Corelariũ ex his sequitur q̃ nõ est dare ꝑmũ mutatũ esse in motu: & fil' dicit Arz. q̃ nõ est dare instans: in quo fit aliqd ꝑmo pmutatum: sed bũ in quo pfecte mutatũ est: & hoc intelligendũ est cõditionaliter si ponerent instãtia indiuisibilia in tẽpore: & pp hoc nõ ponendo instãtia pono istã cõclusionez: q̃ omnis motus incipit in tpe sed in nullo toto: put ly toto capit distributiue verbi gratia. nã posito q̃ aliqs motus duraret per horã precise: tunc dico q̃ talis mot^9 incipit in. a. hora sed nõ incipit in. a. hora tota qz nõ icipit in medietate. a. hore posteriori licet incipiat in ꝑma medietate: & iterũ nõ icipit in ꝑma medietate tota: qz ꝑma medietas est diuisibilis in duas ptes quaz vna est posteriorz in qua nõ incipit ille motus: sed iterũ nõ in tota illa ꝑpter hoc q̃ illa iterũ est diuisibilis: & sic in infinitum proportionaliter de definit: & ita intelligitur quum dicitur aliquid incipere in instanti hoc est incipere in aliquo tẽpore & in nullo toto.

Ad rõnes principales. ad primaz illa soluitur ꝑz distinctionẽ positaz in ꝑmo articulo. ¶ Ad secundã ponat q̃ aliquod mobile &c. dico q̃ cuz tale mobile mouet in illa hora bene verũ est q̃ non mouebat ante illã horã: nihilominus in quacũqz parte tẽporis illius hore in qua illud mobile mouet verũ est dicere q̃ ante mouebat qz prius mouebat ĩmediate illi^9 tpis q̃z in illa pte cõpletiue. ¶ Ad tertiã quũ ponitur q̃ aliquod agẽs &c. dico q̃ pro illo instãti pro quo est ꝑmo applicatũ sufficiẽter: nõ mouet sed imediate post illõ instans mouebit. & sic ex hoc nõ cõcludit quin quãdocũqz aliquod mouẽs mouet quin prius mouebat &c. ¶ Ad quartã: nõ oẽ quod quiescit prius quiescebat: & quũ ꝑbat ponat q̃ aliquod mobile moueat ꝑ vnã horaz: & in hora imediate sequẽti quiescat tũc in istãti medio vel qescit vel mouet ponẽdo instãtia indiuisibilia: dico q̃ in illo istãti medio nec quiescit: nec mouet sed definit mouere: & incipit quiescere exponẽdo definit per remotionem de pñti: & positionẽ de preterito: & exponendo incipit p remotionẽ de pñti & positionẽ de futuro: sed nõ ponendo instantia indiuisibilia dicendũ est q̃ inter illas duas horas nõ est instãs medium: sed vna est protensa vsqz ad aliã exclusiue: & ideo questio nulla est: quũ querit vtrum in instãti medio vel quiescat vel mouet. ¶ Ad gntaz sequeret q̃ omnis motus esset eternus: nego: quia lz motus non terminet intrinsece & inclusiue: sic q̃ sit dare aliquam eius partẽ simpliciter vltimã: tamẽ bene terminatur exclusiue: sicut etiã est imaginãdũ de isto ligno: lz nõ habeat simpl^r vltimũ inclusiue: nec simpliciter primuz: tamen terminat in quolibet eius extremoruz exclusiue ad circunstãtias ad aerem vel ad aliquod hõ. ¶ Ad sextã dico q̃ pro illo instãti plato non mouet sed immediate post hoc mouebit. ex hoc patet ad argumentum: ¶ Ad septimã dicit q̃ si aliquod mobile mouet in aliqua hora gradu velocitatis subduplo: & in hora imediate sequẽti gradu duplo: nulla est questio quo gradu velocitatis moueat in instãti medio propter hoc q̃ nullũ est ponẽdum instãs mediũ: sed si ponatur dicenduz est q̃ in illo instãti nõ gradu velocitatis mouet: sed imediate ante illud instãs illud mobile mouebat gradu velocitatis subduplo. & imediate post illud instãs illud mobile mouebitur gradu velocitatis duplo. ¶ Ad octauam dico q̃ si ponunt instãtia idiuisibilia in istãti in quo aliqd̃ graue ꝑmo est sursum & nõ impeditũ: tũc illud graue pro illo istãti nõ mouet: sed imediate post illud instãs mouebitur: ita q̃ illud instãs est vltimũ instãs nõ esse illius motus. ¶ Ad 9^am de cane descẽdente dico q̃ si ponunt instãtia idiuisibilia tũc in instãti in quo primo est cadauer nõ descẽdit cadauer: sed imediate post hoc: & imediate ante hoc descẽdebat canis: Si autem nõ ponimus talia instãtia tunc per totam vnam horaz descẽdebat: & per illaz aliam determinatam ad illaz exclusiue descẽdebat cadauer: & tũc questio de instãti medio nõ habet locuz. ¶ Ad decimã ponatur q̃ in prima parte &c. dico q̃ per illud argumẽtum non cõuincitur oppositum ĩsius q̃ omne quod mouetur prius mouebatur: quia illud argumentum nõ probat plus. nisi q̃ aliquando, est verum dicere quelibet pars proportionabilis illius virge mouetur & non quelibet pars proportiõabilis isti^9 virge aũ moue-

bat ⁊ cum hoc bene stat q̃ omne quod mouetur prius mouebatur. ¶ Ad vltimã dico q̃ tale non mouetur per se sed per accidens: pp hoc non manet idem mobile sub vtroq; termino: vel aliter potest dici q̃ licet non maneat ibi idem simpliciter: tamen ibi manet idẽ: prout idẽtitas attendit penes ꝓtinuã ⁊ successiuam additionẽ partium similium figurarũ cum precedentibus: quomodo dicimus secanam esse eundem fluuiũ modo: quo erat sũt decem anni: ⁊ tunc de tali eodem modo quum mouet continue verũ est dicere q̃ ante mouebatur: sic pz ad arg^{m}.

¶ Tex. cõmẽti. lx.

¶ Qm̃ aũt omne qd̃ mouetur: in tẽpore mouetur ⁊c. Qõ. ix.

Ueritur nono vtrũ in tempore finito possit ptrãsiri magnitudo infinita: ⁊ in tempore infinito ptransiri magnitudo finita. Et arguit primo ad primã partẽ questionis: pro quo supponit q̃ motus ꝓm eius rationẽ cõmunem nõ repugnat velocitati in infinitũ: vnde deus posset mouere aliquod mobile aliq̃ velocitate: ⁊ dupla ad illam: ⁊ tripla ad illam: ⁊ sic in infinitum. hoc supposito ponat q̃ aliquod mobile moueat tãta velocitate q̃ in prima parte proportionali alicuius hore pertranseat vnũ pedale ⁊ in secũda parte tantũ: ⁊ in tertia tantum: ⁊ sic in infinitũ ꝓm partes proportionales: ergo in fine hore pertransiuit spacium infinitũ: quod probat sic: illud mobile pertransiuit infinita pedalia non cõmunicantia: ergo pertransiuit spacium infinitũ. consequẽtia tenet ex eo q̃ infinita pedalia spaciũ seu magnitudinẽ infinitã constituunt: antecedens probat: nam infinite sunt partes proportionales nõ cõicantes hore assignate in quaꝫ q̃libet partiũ illud mobile ptransiuit spaciũ pedale. relinquitur ergo in tempore finito esse pertransitũ spaciũ infinitum. ¶ 2° arguit pro secũda parte conclusionis: videlicet q̃ in tẽpore ifinito ptransitur magnitudo finita: ꝓ quo supponit q̃ rõni cõmuni motus nõ repugnat retardari quantũlibet. vnde deus posset mouere aliquod mobile aliqua tarditate ⁊ in duplo tardiꝰ: ⁊ in quadruplo tardius: ⁊ sic vltra hoc supposito sit aliquod spaciũ pedale in longitudine sup quo incipiat moueri aliqd̃ mobile taliter q̃ in vna die ptrãseat primã partem ꝓportionalẽ illius spacij: deinde motus illius mobilis tantũ retardetur: q̃ etiam ad pertranseundam secundaꝫ partẽ proportionalem illius spacij apponat vnam diem. deinde adhuc tantum retardetur q̃ ad pertranseundam tertiam partem illius spacij etiam apponat vnam diẽ ⁊ sic vltra: ⁊ cũ infinite sint partes proportionales illius spacij: ad quarum quãlibet pertranseundam illud mobile apponat vnam diem: sequitur q̃ infiniti dies transibunt antequam illud spaciũ pedale ab illo mobili sit pertransitum: ⁊ cum infiniti dies constituant tempus infinitum sequitur q̃ illud mobile apponet tempus infinitum ad pertranseundum illum spaciũ pedale: ex quo sequitur q̃ in tempore infinito potest pertransiri spacium finitum adhuc fine reiteratione sed continue ante se

Tex. cõ. 60. Oppositũ vult Aristoteles in isto sexto. ¶ In ista questione primo ponẽda est vna distinctio. secũdo ponende sunt conclusiones.

Quantum ad primum sit ista distinctio: q̃ motuum quidaꝫ dicitur regularis: quidam irregularis: motus regularis dicit qui sic se hẽt q̃ inequalibus partibꝰ tpis ptranseuntur spacia equalia: seu qui in vna pte tẽporis non est velocior q̃ diu in alia: verbi grã a vt si aliqd̃ mobile mouet sup aliquo spacio diuiso in. x. pedalia ⁊ tãtũ tps apponeret ad pertranseũdũ vnã illaꝫ ptium: quantũ ad ptranseũdũ aliã ille motꝰ diceret regularis. ¶ Dotus aũt irregularis dicit quo in ptibꝰ tẽporis equalibus ptranseunt spacia inequalia: seu qui in vna pte tẽpori est velocior: ⁊ in alia tardior: verbi grã a vt si aliquod mobile mouerẽt sup aliquo spacio diuiso in duo pedalia: ⁊ illud mobile i ptranseũdo vnã illarũ ptium plus apponeret de tempore vel minus q̃ ad pertranseundam aliam ⁊c.

Quantũ ad secõm sit ista ꝓma ꝓclusio nõ est possibile in tempore finito motu regulari pertransiri magnitudinẽ infinitã: probat: nam da q̃ nõ diuidat. ergo illud tempus finitũ in. c. ptes equales: in quo quidem tẽpore per aduersarium ptransit motu regulari magnitudo infinita: tunc in vna illaꝫ centum ptiũ ptrãsitur spaciũ finitũ. sit g̃ vna leuca: ⁊ cuꝫ talis motus sit regularis sequit per diffinitionem motus regularis: q̃ in qualibet ptium tẽporis de illis. c. nõ ptransit nisi vnam leucã: ⁊ per ꝓns in fine nõ pertrãsiuit nisi centũ leucas: ⁊ cum nulla finita finitas sumpta ꝓstituant infinitũ: sequitur in fine hore motu regulari nõ esse ptransitũ: nisi spaciuꝫ finitũ. ¶ Secũda ꝓclusio nõ est possibile motu regulari tẽpore infinito moueri sup spatio finito: sine reiteratiõe: probat: nã sit aliquod spaciũ finituꝫ pedale: diuisum in centum ptes ⁊ incipiat sup ipso moueri aliquod mobile motu regulari: tunc ad ptranseundũ vnaꝫ de illis ptibus nõ apponit nisi tempus finitũ. Sit g̃ vnus annus: verbi grã: ⁊ cum motus debeat esse regularis: sequit per diffinitionẽ motus regularis q̃ ad quãlibet aliaꝫ ptiũ illius spacij de centuꝫ non apponit nisi vnus annus ad ptranseundũ. g̃ ad totale spaciũ nõ apponunt nisi centũ anni: ⁊ cum nulla finita finities sumpta reddãt infinitũ: sequit q̃ tẽpora: quibꝰ ptranseunt ille ptes spacij nõ reddant nisi tẽpus finitũ: ⁊ igit ad ptranseundũ spacium finitum motu regulari non apponit nisi tempus finitũ. ¶ Istas duas cõclusiones ponit Aꝫ. in littera: ⁊ probat eas sicut iam probate sunt. ¶ Rõnes in oppositũ vadũt vijs suis: qꝫ arguũt de motu irregulari: ⁊ non de motu regulari de quo intelligit Aꝫ. quomodo aũt in qualibꝫ pte proportionali deus potest intendere aliquem motũ ad dupluꝫ: ⁊ tamẽ non est possibile: q̃ hoc faciatẽ. de hoc aliqualiꝫ visum fuit in 3° huiꝰ de ifinito.

Questio. 10.

Ueritur Ultimo vtꝫ esse mobile cõtinue duꝫ mouet sit in loco maiori se: ⁊ arguit p̃° q̃ nõ: mobile cõtinue dum mouet est in loco sibi equali pcise. g̃ qõ falsa: ꝓnntia tenet de se: ans pbat p̃mo: nam posito q̃ aliqd̃ mobile extẽs in aliquo loco sibi eq̃li moueat in illo circulariter: tũc illud mobile ꝓtinue duꝫ mouet manet in illo loco. g̃ ⁊c. ¶ 2° nam posito q̃ aliquod mobile moueat ⁊ locus in quo est moueat vna cum ipso: tunc illud mobile mouetur: ⁊ tamen continue est in loco sibi equali postq̃ est locus sibi equalis continue manet cum ipso: ⁊ continue mouetur cum eo. ¶ 3° mobile dum mouetur continue habet locum tangentem ipsum vndequaq; exterius: sed ille est sibi equalis. ergo ⁊c. ¶ 4° mobile continue dum mouetur occupat aliquem locum: sed non potest dici q̃ maiorem: naꝫ aliter simul esset in diuersis locis. ¶ 5° signet aliquis locus equalis mobili pcise in medio: vel in spacio pertranseũdo a mobili ⁊ sit ille locus. a. b. ⁊ sit ille locus medius inter p̃n^{m} illius spacij ⁊ finem pertrãseundi: tũc illud mobile vel aliquando erit in spacio. a. b. precise vl nunq̃. Si nunq̃ sequitur q̃ fiet transitus de extremo ad extremum sine saltu absq̃ hoc q̃ ptransiret spacium mediũ. Si aũt dicat q̃ illud mobile erit aliqñ in spacio. a. b. pcise: tũc sequit q̃ nõ oẽ mobile dum mouet sit in loco maiori se ímo aliquãdo est in loco sibi equali precise.

¶ Sexto

¶Sexto omne corpus per se mobile est in loco sibi proprio qui non est maior: nec minor sed equalis sibi p Aristotelem quarto huius. sed mobile continue dum mouetur est corpus per se mobile: ergo est in loco sibi ppio & per consequens equali: ergo non maiori se.

Tex. cō. 28.

In oppositum arguitur nam mobile continue dum mouetur non est in loco minori se nec equali: ergo in loco maiori se: consequentia tenet antecedens quo ad primam partem patet: sed quo ad secundam probatur: nam si continue dū mouetur esset in loco sibi equali precise: hoc non esset nisi p solum instans indiuisibile: ex quo ponitur cōtinue moueri sine interruptione quietis: modo talia instantia indiuisibilia non sunt ponenda: ergo. ¶Secūdo affirmat auctoritate Aristotelis in octauo huius dicentis: si aliqd mobile mouet de. a. in. c. per. b. & non quiescit in. b. tūc nūq̃ fuit in. b. in isto motu nisi solum in potētia: ex quo cōcludit q̃ quotquot locis signatis alicui mobili inter ꝑncipium & finem alicuius spacij pertranseūdi ab illo mobili: illud mobile interim q̃ mouetur nō erit in aliquo illorum locorum in actu sed solum in potentia: & per cōsequens non erit in actu in aliquo loco sibi equali dum mouetur: sequitur q̃ in actu erit in aliquo loco maiori se postq̃ nō potest dici q̃ erit in loco minori se: & postq̃ est in aliquo loco in actu dum mouetur. licet non in aliquo loco sibi equali. ¶Ista questio intelligēda ē de mobili moto localiter nō circulariter: sed motu recto & spacio: vel loco super quo vel in quo fit motus quiescente: per hoc soluitur primum & secundū argumentum. ¶Et de ista conclusione possent poni aliqe ꝛclusiones quarum prima est ista: impossibile est aliquid dum mouet motu recto super spacio quiescente esse precise in spacio sibi equali: probat: nam ponatur q̃ sor. per vnam horā moueatur motu continuo super spacio. c. pedum: probo q̃ nunq̃ per illud tēpus per quod mouetur est in spacio sibi equali precise: quia si sic: vel hoc esset in instāti vel in tempore non in instanti postq̃ non ponuntur instātia: nec in tempore: postq̃ mouetur cōtinue non est aliqua pars hore in qua mouetur: quin in illa mouebat: & per consequens in nulla est in spacio sibi equali precise: nec enim in prima: nec in secunda. Ex ista cōclusione sequitur q̃ si in tali spacio signaretur vnus locus. a. b. precise equalis sorti q̃ sortes pertransiret illud totale spaciū absq̃ hoc q̃ aliquando esset in loco. a. b. precise: nisi solū in potentia: vlterius sequitur q̃ mobile dum mouetur continue vadit de extremo in extremum absq̃ hoc q̃ aliquando fit in actu in medio sibi equali. ¶Secunda conclusio: posito q̃ sor. sit pedalis & augeatur continue p horam: sic q̃ in fine illius hore sit tripedalis: & augeatur sic q̃ in prima medietate illius hore acquiratur sibi vnum pedale: & in alia medietate acquiratur sibi aliud pedale: tunc in isto casu sor. erit tripedalis: qui modo est pedalis absq̃ hoc q̃ aliquando fit bipedalis precise: probat: nam si aliquādo est bipedalis precise: vel hoc est in prima medietate temporis: vel in secūda. non potest dici q̃ in prima propter hoc q̃ continue in prima est minor q̃ bipedalis: nec potest dici q̃ in secūda: quia in secunda continue ē maior q̃ bipedalis: ergo in isto casu sor. nunq̃ est bipedalis precise: & tamen existens pedalis fit tripedalis. ¶Ex ista conclusione sequitur q̃ sor. existens nō minor platone: potest fieri maior absq̃ hoc q̃ aliquando fit eq̃lis sibi & hoc in actu: nihilominus bene est sibi equalis in potentia sicut si in prima medietate hore transacta gesceret ab augmentatione: & non vlterius augeret. ¶Tertia conclusio: mobile localiter motum spacio recto quiescente continue est in loco maiori se dum mouetur: probatur: nam ex quo continue est in aliquo loco: & non in minori: vt notum est de se: nec in loco sibi equali: vt dicit prima conclusio relinquitur q̃ in loco maiori. ¶Secūdo in prima medietate hore: in qua mouetur est in loco maiori se: & in secunda similiter: ergo: antecedens probatur: nam in qualibet parte prime medietatis est in loco maiori se: & similiter i qualibet parte scde medietatis. ¶Tertio nam si moueretur continue in aliq̃ hora: tūc in prima parte proportionali est in loco maiori se: & similiter in secunda: & sic vlterius: postq̃ in qualibet illarum mouetur: & pertransit spacium maius se. ergo continue dum mouetur est in loco maiori se: cōsequentia tenet ex eo: q̃ ly continue: vel ly semper solum distribuunt pro partibus temporis: & non pro instantibus. ¶Iuxta hoc dico q̃ si sor. mouetur de parisius per vnum annum vsq̃ romam: tunc in prima medietate illius anni occuparet medietatem totius spacij de hinc vsq̃ romam: & in quarta parte illius anni quartam partem illius spacij: & sic vltra. Dico secūdo non esse inconueniens vnum paruum lapidem tantum quanta est vna faba occupare spacium vnius leuce: omni rarefactione & condensatione deducta patet hoc si lapis descenderet in hora pertranseundo in illa hora spacium duarum leucarum: & moueret vniformiter: & regulariter: tunc in prima medietate temporis ocuparet primam leucam illius spacij: & in secunda secundam: & sic nec esset inconueniens eundem occupare spatium centum leucarum. ¶Notandum tamen q̃ hoc non est simul sed per partem post partem: ita q̃ in prima parte illius temporis occuparet vnam partem illius spatii: & in alia aliam: ergo dico non esse inconueniens vnum lapidem paruum occupare spatium vnius leuce: per partem post partem vt dictum est: licet hoc eēt inconueniens simul. ¶Iuxta dicta dubitatur: nam posito q̃ aliquod mobile pedale quiescat ita super aliquo spacio sibi equali: puta pedali: & incipiat moueri: & ita cito sicut illud mobile incipit moueri: ita cito illud spaciū incipiat rarefieri & retro condensari taliter q̃ ꝛtinue maneat pedale precise: isto casu posito videtur q̃ illud mobile: quod est super ipso: continue mouetur: & tamen cōtinue est in spacio sibi equali. Ista obiectio non procedit contra dicta: nam dictum est questionem debere intelligi spacio quiescente: modo sic non est in proposito: vñ questio debet intelligi ac si spacium & locus essent quodam modo immobilia zē.

Ad rōnes ꝑncipales: ꝑme due sunt solute. ¶Ad tertiam dico quod licet mobile continue dum mouetur habeat aliquem locum tangentem ipsum: non tamen precise: & igitur non cōtinue est in loco sibi equali. ¶Ad quartam dico q̃ immo occupat maiorem locum se: nec hoc est inconueniens successiue p partem post partem: licet hoc esset inconueniens q̃ totum simul: nec ex hoc sequitur q̃ aliquod corp̄ simul sit in diuersis locis. ¶Ad quintam dico q̃ non est in illo loco signato sibi equali: nisi solum in potentia sicut dictum est prius. ¶Ad sextam dico q̃ omne corpus dum quiescit esse in loco sibi proprio & equali in actu: hoc tamen non oportet dum mouetur: nam tunc non opz ipsum eē in loco sibi equali in actu: licet bene in potentia.

¶Explicitum questiones sexti libri phyficorum magistri Alberti de Saxonia.

¶ Questiones magistri Alberti de Saxonia in septimum lib:um physicor. Incipiunt.

¶ Tex.cõmẽti.j.

¶ Omne qd̃ mouetur:necesse est ab aliquo moueri ꝛc. Qõ.j.

Circa textũ septimi libri physicorũ querit talis questio: ꝛ est circa ꝑn^{m}: vtrũ idez possit agere in seipz: ꝛ arguit ꝙ sic: naz aia mouendo corpus mouet seipam ꝛ mouet a seipsa: g̃ questio vã. ¶ 2° grauitas vel fora sbalis grauis mouendo graue deorsum mouet seipaz deorsum g̃. ¶ 3° intellect⁹ in seipm agit actũ intelligẽdi ꝛ propositiões: ꝛ hõ: ergo questio vera: consequentia tenet: ꝛ antecedens probatur: qꝛ si intellectus nõ ageret in seipsum intellectionẽ abiectũ extra esset nobilius intellectu: sed ꝗñis est falsuz: ꝗñtia tenet pro tanto: qꝛ obiectũ haberet se tanq̃z agens: respectu itellectionis: itellectus aũt tanq̃z passum: mõ nobilius est agẽs q̃z passum. ¶ 4° intelligere ꝛ velle: dicuntur actiones manentes: mõ hoc nõ esset plus vez de itellectione ꝛ volitione ꝙ eẽnt actiones manẽtes nisi manerent in suis agẽtib⁹ q̃z de secatione: ꝛ edificatione: tũc vltra: si intelligere ꝛ velle manẽt in suis agentib⁹: sequitur ꝙ eoꝛ agẽtia agũt in seipsa. ¶ 5° nã quũ aqua est calefacta: seipsam refrigerat: ꝛ per ꝗñis idem agit in seipz. ¶ 6° si vnus angelus vel anima intellectiua moueret seipaz localiter qd̃ est possibile sicut credimus idem moueret se nec posset ibi dici ꝙ vna pars moueret alium ꝛ econuerso: quia angelus ꝛ anima intellectiua non habent partes quare illud non valeret: igitur ꝛẽ.

Tex.cõ.1. **In oppositũ** est Aꝛ. in ꝑncipio septimi dicens omne qd̃ mouet ab aliquo mouet qd̃ exponit ab aliquo. i. ab alio: nã ad illã intentionẽ videt ire Aꝛ. quã statim ad hoc subiungit. ¶ 2° naz dicit Aꝛ. n ono: ꝛ 5° metaphysice ꝙ po^{a} actiua est principium

Tex.cõ.2. in nono transmutãdi alteꝛ in quantũ alteꝛ: po^{a} vero passiua est ꝑn^{m} transmutandi ab altero in quãtũ hõ. ex his videt ꝙ ꝑm Aꝛ. po^{a} actiua agat in aliud ꝛ non in se: ꝛ po^{a} passiua

Tex.cõ.2. patiat ab aliquo: ꝛ nõ a se. 3° nã dicit cõmẽtator 9° metaphysice manifestum est ꝙ nihil patit a se. ¶ 4° ad idẽ auctoꝛitate Aꝛ. in 8° huius motus quidem aliud mouet ꝛ aliud mouet. ¶ 5° nã dicit Aꝛ. ꝑmo de gñatione sile non patit a sibi sili: qd̃ ꝓbat: qꝛ alr idẽ posset pati a se qd̃ Aꝛ. reputat incõueniẽs. ¶ De ista qõne sit ꝑma ꝗclusio: possibile est idẽ moueri per se: vel ꝑ se: vel ꝑ accidens vel mediate vel imediate ꝗ hec ꝗ primo de nauta qui mouẽdo nauẽ: mouet se. ꝗ 2° de aia que mouendo corp⁹ mouet se: ꝗ 3° de grauitate que mouendo graue mouet se. ꝗ 4° de intellu qui agit in seipm faciendo ꝓpositiones: ꝛ actus intelligẽdi. ꝗ ẽt de volitione: que seipsam determinat ad talẽ vel ad talẽ assensum. ꝗ 6° de aqua calefacta que refriget se. ¶ Contra istam vltimã rõnẽ incidẽtaliter dubitat: que sit causa ꝙ si aq̃ ꝑmo est frigida ꝛ calefiat: qua calefacta refrigidat se: ꝙ postea frigefacta est frigidior q̃z ante calefactionem: potest dici ꝙ qꝛ calefactionis est segregare heterogenea: ꝛ qꝛ aq̃ post calefactionem est purior q̃z ante erat: ꝛ pp hoc reddit frigidior q̃z añ erat: quãto enim elemẽtũ aque est purus tanto est frigidi⁹ cuz frigiditas sit vna q̃litas que primo inest aque: ꝙ autem post calefactionẽ res dat purior ꝗ hoc naz videmus ꝙ post bullationẽ aque in olla inferius sunt quedam particule terrestres segregate ab aq̃ rõne caliditatis: que quidem particule ꝑus erãt ei admixte. ¶ Contra conclusionẽ dubitat si possibile est idẽ moueri a se: sequit ꝙ actus ꝛ po^{a} que sunt differentie valde opposite simul eẽnt in eodem respectu eiusdẽ: sed hoc est falsum: probat ꝗñtia ex eo ꝙ omne agens: est in actu ꝛ patiens in po^{a}. ¶ Respõdet ꝙ lz idem posset pati a se: tamen ex hoc non sequitur ꝙ idem sit in actu ꝛ in po^{a} ꝑm idem: ꝛ respectu eiusdem lz bene sequit ꝙ idem sit in actu ꝛ in po^{a} hoc tamen non est ꝑm idem ꝛ eandem dispositionẽ: pp hoc ꝙ ꝑm vnaz dispositionem est in actu scilz ꝑm quã est agens ꝛ ꝑz aliã est in po^{a}. s. ꝑm quã est patiens: verbi gratia forma grauis lz sit in actu sursum tamen est in po^{a} deorsum: ꝛ igit ꝑm talẽ dispositionẽ potest agere in se. Silr quum intellectus est in po^{a} per speciem intelligibilem potest forma re in se actũ intelligendi respectu cuius prius erat in po^{a} silr cuz est in actu per ꝓceptus simplices potest agere in se cõceptus cõplexos sicut propositiones ꝛ discursus respectu quoꝛ prius erat in po^{a}: sic ergo licet idem agat in se ꝛ patiat a se: hoc tamen non est ꝑm eandem dispositionez. ¶ 2ª cõclusio possibile est idem mouere se per se ꝛ immediate: sic ꝙ non mediante alio motoꝛ vel moto imediatioꝛi: probat: naz forma grauis mouet se sed nõ mediante alio motoꝛ magis imediato sicut est notum de se: nec mediante alio motu magis immediato. quod probatur nã si in descensu grauis esset motũ magis imediatum q̃z forma grauis: hoc esset materia: sed probat ꝙ hoc non ꝛ hoc sic: illi po^{e} que ꝑ se ꝛ magis determinate appetit deorsum debet per se attribui operatio: ꝑm quã ipsuz fit deorsum multo magis q̃z illi que hoc nõ appetit determinate. sed sic est ꝙ forma grauis appetit determinate esse deorsum: ꝛ non materia ꝛ cũ per moueri potius fit deorsum per q̃z per mouere: quod ꝗz: naz quandocunq̃z forma grauis moueret si non moueretur: non pp hoc fieret deorsum ideo moueri potius ꝛ immediatius attribuendum est forme q̃z materie. Et cõfirmat: nam si per imaginationem forma grauis esset fine materia: adhuc descenderet: si autem materia esset fine forma grauis ipsa non descenderet: ergo descendere seu moueri deorsum est potius attribuendum forme: q̃z materie. ¶ 3ª ꝗclusio possibile est ꝙ idem agat in se ꝛ patiat a se tanq̃z principale actiuum: ꝛ principale passiuũ. ꝛ hic intelligit principale preter primum. s. deinde: ꝗ de voluntate: ꝗ de intellectu: sicut deduci potest ex prioribus: ꝗ etiã de forma grauis: que est principale mouens in descendẽdo: ut cõmuniter concedit ꝛ principale motum: nam sicut iã probatum est principalius sibi attribuitur q̃z materie. ¶ 4ª conclusio est pro concoꝛdando dicta Aꝛ. ꝛ veritatem impossibile est idẽ agere in seipsum: ꝛ pati a seipso tali modo ꝙ ad talem actionem non concurrat aliud actiuum vel passiuum aut principale: aut dispositum: ꝗ hoc naz omne agens: vel est primũ vel aliqd aliud a primo: si est aliud a primo tunc ad eius actionem concurrit primũ. si autem est primum illud est impossibile. ꝛ solum agẽs. est enim mouens immobile. ideo concluditur ꝙ impossibile est agere ꝛ pati: quin ad eius actionez concurrat aliquid aliud actiuum scilicet primum: ꝛ etiã aliud passiuum: patet de actione que fit circa substantiam materialem: vnde ad cuiuslibet substantie materialis actionem ꝛ passionem concurrit materia prima que nullius est actiuitatis. Rationes vadunt pro factis suis.

¶ Tex.cõmẽti.x.

¶ Q.m autem tres sunt motus: ꝛ ꝗz qualitatem ꝛc. Qõ.ij.

Queritur

Queritur secundo vtrum in omni motu mouens ⁊ motuz debeant esse simul: ⁊ arguit q̃ non: nam si sic sequeretur q̃ sensibile distans a sensu non ageret in sensum: consequens est falsuz: ꝑ̃ nota est: sed falsitas ꝑ̃tis pz: naz experimur q̃ visibile distans a sensu agit in visuz. visus enim videt visibile distans ab eo. ¶ 2° impossibile ē mouens ⁊ motũ esse simul cũ sint duo corpora: ergo questio falsa: consequẽtia tenet: antecedẽs probat: q: impossibile est esse penetrationẽ corporũ: modo corpus nõ põt esse simul cũ corpore: nisi mutuo se penetrent. ¶ 3° nec mouẽs cũ sit indiuisibile potest esse simul cum moto: ergo ⁊c. cõsequẽtia tenet: antecedens pbat ex eo q̃ indiuisibile non est in loco. q̃ debet esse simul cũ diuisibili opz q̃ sit secuz in eodem loco. ¶ 4° ignis distans a pariete calefacit parietem: sed in tali actione mouens non est simul cuz moto: q: ignis nõ est simul cũ pariete in eodez loco: ex eo q̃ distat ab eo: ergo silr magnes attrahit ferrũ distãs ab eo. ⁊ ibi iterũ mouens ⁊ motũ non sunt simul. ¶ 5° nam dicit Az. q̃ trahens mouet velocius tracto: ergo si in ꝑnci pio motus trahens: ⁊ tractum essent simul: statim postea sunt separata: ergo nõ semp mouens est simul cum moto. ¶ 6° nam sol agit in ista inferiora ⁊ tñ valde distat ab eis: ⁊ nõ est simul cũ eis: silr basiliscus valde remote agit a se interficiendo hominẽ bene multũ distantem ab eo. similiter per agaçelem in sua philosophia: sepe multi per incantationes eorum inficiunt homines multum distãtes ab eis: quare ⁊c.

Tex. cõ. 10. In oppositũ vult Az. in isto 7° pbãs q̃ in omni motu: mouens ⁊ motum sunt simul: hoc enim probat: sicut visum fuit circa litterã: tam in motu qui fit ab extrinseco q̃z ẽt itrinseco. ¶ In ista qõne primo ponã aliquas distinctiones. ¶ 2° cõclusiones.

Quantum ad primuz sit ista ꝑma distinctio: q̃ mouentiũ quedã sũt corporea: quedam incorporea: quedam mediata: quedaz immediata. ¶ Allia distinctio mouens potest dici immediatum moto: vno modo: q: eius actiuitas aut virtus attingit passum: sicut est de proijciẽte ⁊ tale non opz esse cum moto: nec loco: nec tempore: vnde si sor. proijceret vnũ lapidez: ⁊ statim post separationez illius lapidis a manu sortis esset mortuus: tunc sortes: non esset simul: nec loco: nec tẽpore cum lapide. ¶ Secundo modo mouens potest dici imediatum moto: quia licet inter mouens ⁊ motũ: sit multa distantia: vel licet mouens non sit in eodem loco cum moto: tamen virtus mouentis attingit vsq̃z ad motum: licet actio mouentis determinetur per aliud agẽs: ⁊ isto modo sol vel alia intelligentia dicitur agens imediatum respectu istorum inferiorum. ¶ Allia distinctio q̃ aliqua possunt imaginari esse simul per penetrationem sicut de albedine ⁊ dulcedine simul in lacte: ⁊ de tali simultate non est sermo ad presens. ¶ De simultate ꝗ ad presens sit talis distinctio: q̃ aliqua possunt imaginari esse simul: que sunt in eodem loco: licet vnum illorum sit in illo loco per se: ⁊ aliud per accidens sicut est de anima ⁊ corpore quod informat. ¶ Secundo modo aliqua possunt esse simul: quia vnum eorum est in loco per se: aliud vero in loco ratione alterius ⁊ non per se licet per separationem eius ad ipso fieret per se in loco: ⁊ isto modo totum ⁊ eius pars integralis dicuntur esse simul: q: pars integralis non est in loco: nisi ratione totius. ¶ 3° modo aliqua dicuntur esse simul que sunt propinqua: non tamen continua sed continua sic q̃ inter ea nullum est medium isto modo manus mea ⁊ aer dicuntur esse simul: quare ⁊c.

Quantum ad secundum sit prima conclusio in omni motu qui fit ab itrinseco mouens ⁊ motum sunt simul primo modo vel secũdo modo: probatur per inductionem in motibus qui fiunt ab itrinseco: primo de motu progressiuo puta hominis. in tali enim motu mouens est ipsa anima: ⁊ motuz est corpus: modo anima est simul cum corpore: quia in eodez loco in quo est corpus per se: anima est per accidens: patet hoc etiam de motu celi: accipiendo celum pro inclusione motoris: si autem aliquod moueretur ab intrinseco puta q̃ aliqua pars integralis moueret totum integrale: in tali motu mouens ⁊ motum essent simul secundo modo similiter est de descensu grauis: mouens ⁊ motum sunt simul primo scilicet grauitas: ⁊ illud quod mouetur. ¶ Secunda conclusio. omne mouens corporeuz est simul cum moto tertio modo accipiẽdo esse simul: pbatur: nam fit. a. aliquod mouens: vel tunc est simul cuz aliquo moto vel non: si sic habetur propositum: si non sequitur q̃ tale mouens in aliquod distans agit absq̃z hoc q̃ agat in intermedium: quod est inconueniẽs: vnde qua ratione ageret in aliquam distantiam absq̃z hoc q̃ non ageret in intermediũ: vnde ex quo cuiuslibet agẽtis corporei aliquid contingit. non agit in se nisi agat in illud: ⁊ per consequens cuiuslibet agentis aliquod passum est proximum: quod est simul cum eo loquendo de simul tertio modo: ⁊ similiter hoc patet per Linconiẽsez in tractatu suo de radijs: nam vult q̃ omne agens agat prope se orbiculariter ⁊ hoc non esset si non ageret in medium sibi contiguum. ¶ Tertia conclusio nõ omne mouens corporeum cum quolibet moto est simul in quod agit loquendo de simul tertio modo patet per argumenta facta ante opposituz. ¶ Solutio ergo questionis stat in hoc q̃ omne mouens corporeum est simul cũ aliquo in quod agit: sed non cum quolibet: semper intelligẽdo de simul tertio modo. ¶ Juxta probationem secũde cõclusionis dubitatur: videtur q̃ agens agat in aliquod distans absq̃z hoc q̃ agat in intremedium: nam sol agit in ista inferiora calorem: ⁊ tamen non agit calorem in orbes celestes intermedios. ¶ Secundo naz ignis aliquãdo agit in lignum distans ab eo intensiorem graduz caliditatis q̃z agat in aerem intermediuz: similiter magnes agit in ferrum aliquam qualitatem motiuam ferri ad magnetem absq̃z hoc q̃ agat talem in aerem: trahit enim ferrum: ⁊ non aerem. ¶ Ad ista ad primuz pro quo imaginandũ est q̃ nunq̃z agens agit in aliquod sibi distãs: nisi agat in intermedium quod agat in extremuz: vnde sol agens in ista inferiora agit lumen ⁊ influentiam per totum intermedium: tam in orbes: q̃z in alia: sed lz agat calorem in ista inferiora non tamen in totum intermedium: propter hoc q̃ lumen: ⁊ influentia que a sole aguntur: producunt in istis inferioribus calorez: propter hoc q̃ ista inferiora sunt apta nata recipere calorez: sed quia orbes celestes non sunt apti nati ad recipiendum calorẽ inde est q̃ lumen ⁊ influẽtia multiplicata a sole nõ agũt calorem in orbes celestes. ex hoc patet ad primam dubitationem. ¶ Ad secundam dico q̃ aer non est tante densitatis: sicut est paries vel lignum. inde est q̃ ignis intensiorem gradum caloris producit in illa q̃z in aerez intermedium cum hoc tamen stat q̃ non agat in extremum nisi agat per medium. licet nõ omne quod agit in extremum agit in intermedium. ¶ Ad aliaz dico q̃ magnes prope se multiplicat vnam virtutez: sed illa propter specialem dispositionem ⁊ complexionem ferri est motiua ferri ad magnetem ⁊ non aeris: cum hoc tamen stat q̃ virtutem talem non multiplicat vsq̃z ad ferruz nisi multiplicet eam per totum intermedium: vnde vniformiter imaginandum est sicut imaginatur q̃ quelibet res radiat ⁊ multiplicat prope se qualitatem quandaz specialez insensibilem mediante qua ⁊ in alio ⁊ in alio: sed fm q̃ aliter ⁊ aliter est dispositus: agit aliam ⁊ aliam qualita-

tem: ⁊ ex hoc potest reddi ratio quare aliquē vetule multuz distantes generant in aliquibus amorem.

Ad rōnes principales dicitur q̃ oēs solute sunt excepta quinta: dico q̃ trahēs delocius potest moueri tracto ⁊ tamē manere simul cum ipso quia trahens posset moueri per lineaz curuā ⁊ tractum per lineā rectā: ⁊ tunc trahens mouetur velocius: q̃ velocitas eius attēditur penes lineaz curuā: que est longior si rectificaretur q̃z linea recta: penes quā attenditur velocitas ipsius tracti.

¶ Tex. cōmēti. xiiij.

¶ Quoniam autem que alterātur ⁊ omnia alteranter a sensibilibus ⁊c.

Questio. iij.

Queritur tertio vtruz solū: ꝓz qualitates de tertia specie fit per se alteratio: ⁊ arguitur primo q̃ non quia ad aliquas qualitates de tertia specie nō est per se alteratio: ergo q̃ō falsa: antecedēs probat̃ naz colores ⁊ sapores sūt qualitates de tertia specie: sunt eni qualitates sensibiles: sed ad illas nō est per se alteratio: propter hoc q̃ colores ⁊ sapores: cuz sint qualitates secūde non imediate acquiruntur ad ipso alterāte: sed ex consequenti ⁊ per meduz sequele vz ad acquisitionem qualitatuz primaruz quas consequuntur ꝑm qualitatez de prima specie: ergo non soluz ꝓz qualitates de tertia specie: cōsequētia tenet: ⁊ antecedens probatur nam secunduz caliditatem: ⁊ frigiditatez est per se alteratio: ⁊ tamen illas qualitates Aristoteles emunerat inter qualitates de prima specie. ¶ Confirmatur hoc: naz virtus ⁊ vitiuz sunt qualitates de secunda specie: ⁊ tamē ꝓz eas est per se alteratio: ex eo q̃ nō acquiruntur nisi successiue. ¶ Confirmatur idem tertio: quia si ꝑm qualitates de prima specie non esset per se alteratio: hoc esset: quia esset ad aliquid: isto eniz modo videtur Aristoteles in isto septimo arguere vbi vult q̃ ꝓz qualitates de prima specie nō potest esse per se alteratio: sed consequens est falsuz: sed probatur auctoritate Aristotelis in predicamentis: siue in ante predicamētis vbi dicit diuersoruz generum: ⁊ non subalternatim positoruz diuerse sunt species: ⁊ differētie: ex hoc sequitur q̃ quuz alique qualitates sunt de prima specie: non sunt ad aliquid: eo q̃ idem non videtur posse esse in diuersis predicamentis. ¶ Quarto: naz dicit Aristoteles quinto huius: q̃ in qualitate: quantitate ⁊ vbi: est per se motus: propter hoc q̃ in eis inuenitur contrarietas: modo non soluz in qualitatibus de tertia specie inuenitur contrarietas: veruz etiaz in qualitatibus aliaruz specieꝝ.

Tex. cō. 17.

Tex. cō. 18.

Ad oppositū dicit Aristoteles in isto septimo. ¶ In ista qōne primo ponaz cōclusiones de ꝑma spē q̃litatis. ¶ 2° de alijs spēb⁹ q̃litatis.

Quantum ad primū sciendu est q̃ prima species qualitatis vocatur habitus: ⁊ dispositio significantes bene eandem rem: sed non eodez modo: quia hoc nomen habitus significat illam rē prout est de difficili mobilis a subiecto. ⁊ habet esse fixuz in eo. sed hoc nomen dispositio significat bene eandem: sed hoc est prout illa res de facili est mobilis a subiecto. ⁊ nō habet esse fixum in eo. verbi gratia, eadem sanitas prout est radicata in subiecto: dicit̃ habitus: prout autē nō est radicata in subiecto dicitur dispositio. ⁊ non habet eē fluxū in eo ⁊ ē de facili mobilis a sbto. ¶ Deinde notādū ē q̃ qualitatū de prima specie quedam dicunt qualitates corporis: quedaz vero anime: corporis sicut sunt sanitas ⁊ egritudo: anime sicut scientia. q̃litatū: corporꝝ. Quedā consistunt in proportiōe qualitatū primaꝝ sicut sanitas: ⁊ egritudo. Quedā autē in proportione qualitatū secūdarū: sicut colores pulchritudo ⁊ turpitudo. Quedā autem in proportione sonorū sicut melodia ⁊ consonantia Qualitatū autē aie: quedam sunt in appetitu sicut sunt virtutes morales ⁊ vitia. Quedam aūt in intellectu: sicut scientia vel habitus sibi oppositus sicut error. ¶ Tunc sit ꝑma conclusio ad qualitates corporales de prima specie non est per se alteratio: nec motus: probatur nā dictū est quinto huius q̃ mot⁹ non est per se in ad aliquid: modo sicut iam dicebat̃ qualitates corporales de ꝑma specie consistunt in proportione qualitatū primaꝝ: proportio aūt est relatio ⁊ de ad aliquid. ergo ad qualitates corporales non est per se motus. ¶ Secundo ad idez sanitas: que est vna de talibus qualitatibus non est nisi proportio debita qualitatū ꝑmarū: modo talis proportio non est acquisibilis successiue per partē post partem. ergo ad eam non est per se motus: nec alteratio: consequentia tenet: sed prima pars antecedētis patet ex dictis: sed secunda pars probatur ex eo: q̃ qualitas potest ꝓsequi soluz motū ꝑm vnā qualitatē talis proportionis: que est sanitas. Si eni iam qualitates prime essent taliter proportionate q̃ non esset sanitas propter nimiā remissionem caliditatis: tunc ad solam imensionez caliditatis sequit̃ talis proportio: que est sanitas. ¶ Tertio ad illud non est per se motus: quod dicit̃ in respectu ⁊ in alteratione ad subiectuz: ⁊ ad tempus: sed sic est de qualitatibus corporalibus prime speciei. ergo ⁊c. maior est nota: minor patet de sanitate: nā eadē dispositio vel ꝓsimilis: que esset sanitas in homine esset infirmitas in pisce. Si diceret aliquis si sanitas sic diceret̃ in relatione ad subiectum ⁊ ad tempus sequeret̃ q̃ sanitas esset in predicamento relationis: modo hoc est falsum cum sit in predicamento qualitatis. ¶ Respondet̃ q̃ licet hec nomina ꝓnotēt tales proportiones ⁊ relationes in qualitatibus: tamen quia p̄dicant̃ in quale ꝑm earum concreta de subiectis dicunt̃ esse in predicamento qualitatis. Et est sciēdū q̃ non omnes termini qui includunt respectus in eorum diffinitionibus sunt in predicamento relationis: sed soluz illi qui predicant̃ de subiecto cum habitudine ad aliquod tertiū predicamentū: modo sic non est de sanitate ⁊ egritudine: nam pfecta est predicatio sor. est sanus: vel sor. est eger: sed non est pfecta predicatio sor. est pr̄ nisi intelligat̃ aliquod tertiū. s. filius. ¶ Quarto potest argui ad ꝓnem aliqū remittit̃ sanitas: ⁊ tū ille res: q̃ sunt sanitas intendūtur: ⁊ hoc nō esset nisi ad sanitatē: que est q̃litas corporalis de ꝑma specie nō eēt per se, alteratio: assumptū pz a simili: naz aliquando remittit̃ similitudo: ⁊ tamē ille res que sunt similitudo intendunt̃: verbi grā posito q̃ sor. ⁊ Plato essent similes in albedine: ⁊ vtriu sqz albedo esset sicut duo: tūc remittit̃ similitudo: si albedo vnius intendit̃ q̃ fiat sicut tria: ⁊ alterius q̃ fiat sicut quinqz. ¶ Secūda conclusio ad qualitates aie de ꝑma specie non est per se alteratio: nec motus: ꝓbatur ex eo q̃ sunt ad aliquid: modo ad talia ex quito huius nō est per se motus sicut ibidē declaratū est: ⁊ assumptū pz ex eo q̃ illa ⁊ cōsimilis qualitas: que est virtus in vno est vitiū in alio: ⁊ que eēt virtus in vno tēpore: esset vitiuz in alio tēpore: ⁊ ideo q̃ virtus ⁊ vitiū dicunt̃ in respectu ad tēpus ⁊ ad psonam ⁊ alias circūstantias: ꝑm dictamē rōnis sequit̃ ad hmōi non esse per se motū nec alterationē. ¶ Secundo: nā virtus cōsistit in indiuisibili sicut rectitudo ⁊ circulus. ergo ad ipsam nō est per se motus: ꝓntia tenet: ⁊ antecedens est Aꝝ. in littera. ¶ Tertio eadē qualitas absqz hoc q̃ intendat̃: vel remittat̃ ꝓpter alias circunstantias modo est virtus: ⁊ postea vitiū. ergo ad virtutes: ⁊ vitiū nō est per se alteratio: ꝓntia tenet ex eo q̃ ista nomina virtus ⁊ vitium possunt successiue de aliquo verificari absqz mutatiōe facta in illo: licet sit facta mutatio in alio: aūs patet: nam circūstantie

Tex. cō. 14

Tex. cō. 16

nam circunstantie alie & alie bene facíũt actus omnino similes: vnum esse vitiosum: aliũ esse virtuosuz: vt si ego darem panẽ pp deũ: & tu pp vanã gloziam: tu & ego faceremus actus oino similes. s. dare panẽ: & tũ meus eẽt bonus: & tuus esset malus & meus fieret benc & tuus male: ita alie & alie circunstãtie possunt facere q̃ eadẽ vel consimilis qualitas: modo esset virtus postea vitiũ & in vno virtus: & in alio vitiũ. ¶ Deinde arguit de sciẽtia q̃ ad eã nõ est per se alteratio: probat illud qõ pt verificari de aliquo: & incipe falsificari de eodẽ absq; mutatione facta in illo & in isto ꝑm rationẽ istius ad aliquid nõ dz per se motus: sed sic est de sciẽtia: ergo maio: est nota: minoz p̃bat: nã posito q̃ in mẽte mea fit assensus ad illaz ꝓclusionẽ. omnis asinus est aial. tunc de illo assensu iã vez est dicere q̃ est sciẽtia: deinde oẽs asini corrumpant adhuc eodẽ assensu remanẽte in aia mea tunc amplꝰ de illo assensu falsum est dicere q̃ sit scia. sit ergo idẽ assensus mõ est scia postea non est scia absq; hoc q̃ fit facta aliqua mutatio in ipso lz bñ fit facta mutatio in alia. s. in re vel in rebus extra. ¶ Ad idẽ scia acquirit in quiete & nõ in motu & hoc nõ esset si ad eã esset motus p se: assumptuz pz ex eo q̃ motus & perturbatio spirituũ impedit acquisitionez scientie. ꝑm q̃ pz in senibus & in iuuenibus: & pp hoc dz q̃ anima geta quiescendo fit prudens & sapiens &c.

Quantũ ad scõm de qualitatibꝰ de scda specie fit ista ꝓclusio q̃ ad eas nõ est per se motꝰ: probat nã scda spes qualitatis est nãlis potentia vel ipotentia: aliquid de facili vel de difficili faciendi vel patiẽdi: mõ facile dicit ad aliquid: facile enim vni alteri bene est difficile: sed ad ista que dicunt ad aliquid: nõ est p se motus sicut est ostensum in qnto huius. ¶ De qualitatibus de q̃rta spẽ fit ista cõclusio q̃ ad eas nõ est per se motꝰ: p̃bat qz in talibꝰ deficit ꝗrietas que requiritur ad motuz. ¶ 2° qz ꝓsistunt in indiuisibili ita q̃ ita cito definit eẽ talis figura per additionẽ & diminutionem &c. ¶ Ultima cõclusio ad qualitates de 3ª specie est per se motus: p̃bat. nã ad aliquã qualitatẽ est per se motus sicut dictum est qnto huius sed nõ ad qualitates de ꝑma spẽ: nec ad q̃litates de secũda: nec ad qualitates de 4ª: relinquit ergo q̃ ad qualitates de 3ª specie cum non sint plures species qualitatis q̃z quatuor &c.

Tex. cõ. 10.

Ad rationes principales: ad primã qñ dicitur ad colores & sapores non est p se alteratio dicitur q̃ immo: & quãdo dicebatur non imediate acquiruntur ab ipso alterante: sed per modum sequele: ergo ad ipsa est motus per accidens: dico q̃ accidẽtalitas in motu potest attendi vel ex pte terminorum significatiuorũ vel ex parte rei: si attenditur ex pte rei: tunc ad huiusmodi qualitates: que non sunt qualitates prime sed secunde bene est motus per accidens: ex quo acquirunt per modum sequele ad acquisitionem qualitatum primaz. si vo accitalitas in motu attẽditur ex pte terminorum significatoz tunc ad qualitates secundas de tertia specie bene est per se motus: pp hoc q̃ factis aliqbus motibus necesse ẽ fieri mutationẽ denominationis per nomina de tertia specie qualitatis significãtia qualitates secundas. ¶ Ad qualitates de prima spẽ bene ẽ per se alteratio hic dico q̃ hoc bene verũ est: sed hoc non est ꝑz rationem ꝑm quã dicunt esse de prima specie: sed ꝑm rõnẽ ꝑm quã dicunt esse de tertia specie. Deinde quuz dicebat virtus & vitiũ acquirunt successiue concedat: & sic ex hoc non sequit: q̃ ad ipsa fit motus per se: nam licet similitudo acquirat successiue: non tamen ex hoc sequitur q̃ ad ipsam fit motus per se: sicut dictum est quinto huius. ¶ Ad tertiã hoc esset: quia esset aliquid: ista ratio soluta est in soluendo vnam dubitationem in positione. ¶ Ad quartam: in illis in quibus inuenit contrarietas &c. ista ratio bene ꝓbat q̃ in qualitatibus de ꝑma spẽ fit per se motus: sed hoc nõ est ꝑm rõnem: secundũ quã sunt de ꝑma spẽ: sed ꝑm quam dicũtur de tertia specie &c.

¶ Tex. cõmẽti. xxxj.

¶ Quare considerandũ est: que sit differentia motus &c. Q. cõ. iiij.

Queritur quarto vtrum ad hoc q̃ aliqua sint cõparabilia: requirat q̃ sint eiusdẽ speciei spãlissime: & arguit q̃ nõ: nã homo & asinus sunt adinuicẽ cõparabiles: & tñ nõ sunt eiusdẽ spẽi spãlissime. g̃ questio falsa: ꝓtia tenet de se aũs ꝓbat quo ad ꝑmaz ptem: nã homo dicit ꝓlectioz asino: similr homo dz albioz vel nigrioz asino: ecce cõparationẽ hominis ad asinũ. ¶ Tertio pz hoc de deo & diabolo: dicimus enim deũ esse meliorẽ diabolo: & diabolum esse peiorẽ deo absq; hoc q̃ deus & diabolus sint eiusdẽ spẽi: vel q̃ in vtroq; bonitas vel malitia sit eiusdez spẽi. ¶ Tertio suba & accidẽs sunt diuersaz spẽruz: & tñ sunt adinuicẽ cõparabilia: dicimus enim q̃ suba est nobilioz accidente: & similr prior. ¶ Quarto nõ semp cã & cãtũ sunt eiusdẽ spẽi: & tñ cã & cãtũ sunt adinuicẽ opabilia: pz hoc: nã dicimꝰ cãm eẽ ꝑozẽ cãto. ¶ Quinto nõ oẽs motꝰ sunt eiusdem speciei: sicut clarum est: & tñ omnes motus sunt adinuicez comparabiles: quod ꝓbat: qz quecunq; sunt eadẽ mẽsura mẽsurabilia sunt adinuicẽ cõparabilia: sed oẽs motus eadẽ mẽsura sunt mẽsurabiles. puta tẽpore. ergo &c. ¶ Sexto clarũ est q̃ motus sursuz & motus deorsum sunt diuersaz spẽruz: & tñ hoc nõ obstãte sunt adinuicẽ cõparabiles: dicimus enim vnũ eoz bñ esse velocioꝛem alio. puta illuz quo inequali tẽpore plus de spacio pertrãsit. ¶ Septio clarũ est q̃ triangulus & quadratũ sunt diuersaz spẽrũ: tñ sunt adinuicẽ cõparabilia: pz: nã ꝓtingit inuenire triangulũ equalẽ quadrato: sicut ꝓtingit in demõstratione euclidis penultime dato triangulo equali quadrato. ¶ Octauo sor. & Plato sunt eiusdem spẽi: & hũanitas vniꝰ est eiusdẽ spẽi cuz hũanitate alteriꝰ & tñ sor. & Plato nõ sũt adiuicẽ cõparabiles i hũanitate: nõ. n. dicimus vnũ eoz magis esse hoiem q̃z aliũ q̃re &c.

Tex. cõ. 31.

In oppositum est Az. in isto tractatu de cõparatione motuũ. ¶ In ista qõne. ꝑmo aliqua sunt notada. ¶ Secũdo rñdendũ ad q̃sitũ. ¶ Notãdũ est ꝑmo quid sit cõparatio. vnde cõparatio est duaz rez: vel saltẽ vnius ad alterã habitudo in aliquo ꝑz equale vel inequale: capiẽdo equale vel iequale large: put extẽdit se ad equale vel inequale in quãtitate ve in qualitate sbali vel accidentali. ¶ Secũdo ad hoc q̃ aliqua cõparent adiuicẽ requirunt tria. s. illud quod comparat & illud cui comparat: & illud de quo fit cõparatio: verbi gra: quũ dicimus sortem esse albiorẽ Platone: albedo est illud de quo fit cõparatio. sor. est illud qõ comparat. Plato est illud cui comparat: vel ad quod fit comparatio. ¶ Tertio notandũ est: q̃ quandoq; fit comparatio in vno imediato: quãdoq; vero fit comparatio imediate in duobꝰ mediate in vno: exemplũ ꝑmi sor. est albior Platone imediate fit comparatio in albedine. exẽplũ secũdi quũ dicimus sor. est ita albus sicut Plato niger hic fit cõparatio imediate in duobꝰ. s. in albedie & nigredine. sed mediate fit hic cõparatio in vno. s. in intẽsione: qz quũ dz sortes est ita albus sicut Plato est niger: idẽ est dicere: q̃ albedo sortis & nigredo Platonis equaliter sunt intẽse. ¶ Quarto notãdũ est: q̃ illud de quo dz fieri cõparatio dz suscipe magis & minus: seu dz eẽ significabile per terminũ suscipiẽtẽ cõparationẽ: & iõ qz humanitas nõ suscipit cõparationẽ magis & minus nõ fit cõparatio hoium in humanitate: nõ enim dicimus vnũ hominẽ eẽ magis vel minus hoiem alio. ¶ Quinto notan

dum: q illud de quo debet fieri cõparatio debet fieri in vtroq; cõparabiliũ: ⁊ ideo qr bonitas nõ reperit in diabolo nõ est bona cõparatio deus est melior diabolo: ⁊ qr nullũ malũ reperit in deo nõ est bona cõparatio: diabolus est peior deo: pp hoc solent tales ppositiones negari: deus est melior diabolo: qr sequerer q diabolus eẽt bonus: qd est falsum: ⁊ ꝓntia pbat ex eo q nõ est bona nec vera cõparatio aliquor in aliquo: nisi tale reperiatur in vtroq; cõparabiliũ: ⁊ solent ꝓcedi tales: nihil est melius diabolo: ⁊ nihil est peio deo: ⁊ nõ sequit: ergo diabolus est optimus: sed bene sequerer: nihil est melius diabolo: ⁊ diabolus est bonus: g diabolus est optimus: sed tunc scda pars antecedẽtis est falsa. ¶ 6° notandũ q duplex ē cõparatio. s. cõparatio cõiter dicta: ⁊ cõparatio ꝓprie dicta: cõparatio cõiter dicta reperit in omnibus in quib9 solemus dicere hoc esse magis isto: vel hoc eẽ magis tale: ⁊ vniuersaliter vbicunq; aliquod vnũ suscipiens cõparationẽ ē verificabile de vtroq; cõparabiliũ: ⁊ huiusmodi comparatione bene cõparamus deũ ⁊ hominẽ adinuicẽ: dicentes deũ esse meliorez hoie: ecce q hoc nomen bonus ē verificabile tã de hoie: q̃z de deo: sed ad cõparationẽ ꝓprie dictã vltra hoc requirit q sit ꝗz determinatã proportionẽ: aliter nõ esset cõparatio proprie dicta: ⁊ iõ qr deus ꝑm nullã proportionẽ est melior hoie: non dicimus deũ ⁊ hominẽ esse cõparabilia adinuicẽ cõparatione ꝓprie dicta: sed bene cõparatione cõiter dicta: sed tripedale ⁊ bipedale bene sunt cõparabilia adinuicẽ cõparatione proprie dicta qr nõ solum dicimus tripedale eẽ maius bipedali: sed ẽt cũ hoc in quadã proportione: sed qr sic nõ est de angulo recto cõstituto ex diametro alicuius circuli ⁊ ex linea cõtingente illũ circulũ proportionis illius anguli: nõ sunt adinuicẽ cõparabiles cõparatione ꝓprie dicta: vnde lz ille angulus sit maior isto angulo portionis tñ ꝑm nullã proportionẽ est maior: quare ⁊c.

Quantum ad scõm sit prima cõclusio q ad hoc q aliqua sint adinuicẽ cõparabilia: nõ opz ea esse eiusdẽ speciei specialissime: pz: nã hõ ⁊ asinus sũt adinuicẽ cõparabilia in albedine ⁊ nigredine: ⁊ tñ sunt diuersarũ specierũ. ¶ 2ª cõclusio ad hoc q ꝑm aliquas dispõnes fiat cõparatio requirit illas esse eiusdem spẽi specialissime: ⁊ hoc intẽdebat Arz. in isto 7° quũ dicẽ cõparabilia debere esse vniuoca: hoc est dispositiones ꝗz quas fit cõparatio esse eiusdẽ spẽi specialissime: hoc intelligit de cõparatione proprie dicta: pz: nã pp hoc vocez eẽ acutiorẽ: vel minus acutã stilo non dicimus. Sil'r pp̃ter hoc nõ dicimus mel esse dulcius voce: lz vtrũq; istorum dicat dulce: dicimus eni vocẽ esse dulcẽ: ⁊ sil'r mel dicim9 esse dulce: nõ tñ dulce dicit vniuoce de voce ⁊ melle: vnde finaliter ꝑm q exprimimus cõparationẽ aliquor adinuicẽ: debet dici vniuoce de vtroq; cõparabiliũ. Et pp hoc sequit 3ª cõclusio q ꝑm genus nõ fit ita proprie comparatio sicut ꝑm spẽm spãlissimã: pz hoc qr in genere nõ est tanta vniuocatio sicut in specie spãlissima: vnde Arz. in isto 7° dixit circa gẽia latere equiuocatiões: ⁊ pp hoc licet dicamus vnum corpus esse magis albũ alio: non tñ dicimus vnum corpus esse magis coloratum alio. Tex. cõ. 31.

Ad rõnes principales ad primã scdaz tertiam: ⁊ quartã pz ex his que in in positiõe dicta sunt. ¶ Ad qntã non oẽs motus sunt eiusdẽ spẽi ꝓcedo: ⁊ qñ dicebat cum omnes motus sunt adinuicẽ cõparabiles nego: ⁊ qñ dicebat quecũq; sunt eadẽ mẽsura mẽsurabilia: sunt adinuicẽ cõparabilia: dico q verũ ē si sũt eadẽ mensura mensurabilia mẽsuratione que est ꝗz adequationẽ mensure ad mẽsuratum. Si aũt sunt eadẽ mẽsura mensurabilia: ⁊ hoc mẽsuratione que est ꝑm ꝓportionalẽ diuisionem mensure ⁊ mensurati. hoc non oportet ⁊ sic est in proposito: nã tali mensuratione tẽpus mensurat motũ pp hoc lz omniũ motuũ sit talis eadem mensura: nõ tñ pp hoc opz q omnes sint adinuicem comparabiles. ¶ Ad sextã dico q lz mot9 sursum: ⁊ mot9 deorsum sint diuersarũ spẽrũ: tamen qr velocitas dicitur de vtroq; eorz vniuoce: bene sunt cõparabiles adinuicẽ cõparatione ꝓprie dicta in velocitate. ¶ Ad septimaz dico q qr triangulus: ⁊ quadratũ sunt diuersarz specierũ inquantũ figure: ⁊ nõ tñ inquãtũ supficies: ⁊ ideo non ꝑm q sunt figure: sed ꝑm q sunt supficies cõparant adinuicem. ¶ Ad vltimũ pz ex vno qd dicebatur vz q illud in quo fit cõparatio fit susceptiuuz magis: ⁊ minus. sed qr humanitas nõ suscipit nec magis: nec minus: lz fit eiusdẽ speciei in sorte ⁊ in platone: non tamẽ pp hoc dicim9 sortem esse magis hominez platone: deficit enim ibi illa ꝓditio. s. susceptio magis ⁊ minus illius quod existens eiusdem speciei reperitur in vtroq.

Qõ. v.

Veritur qnto vtrũ res vnius speciei sit cõparabilis rei alterius spẽi in perfectione: verbi gratia: vtr homo asino sit cõparabilis. s. q hõ sit perfectior asino: ⁊ arguit q nõ: nã cõparatio fit ꝑm magis ⁊ minus: sed pfectiones rerum non suscipiunt magis ⁊ minus: quod pbat qr perfectio ipsius rei nõ est aliud q̃z ipa sba: modo sba non suscipit magis ⁊ minus. ¶ 2° si qõ esset vera. s. q hõ eẽt perfectior asino: sequerer q pfectio hois esset diuisibilis in duas pfectiones: quarz vna esset equalis pfectiori asini ⁊ alia excessus quo pfectio hois excederet pfectionẽ asini. ꝓñs est falsum: ⁊ falsitas ꝓntis pz: ex eo q pfectio hominis stat in indiuisibili sicut spẽs nũorz: ꝓntia pbat ex eo q omne excedẽs aliud est diuisibile in equali excesso: ⁊ alio quo excedit. ¶ 3° si hõ esset pfectior asino vel res vnius speciei excederet rẽ alterius spẽi in pfectiõe: vel ergo hoc eẽt finite: vel infinite: sed nullũ istorz põt dici: ergo nõ potest dici q finite: nã tũc sequerer q asinus posset augeri in sua pfectione q attingeret pfectionẽ hominis: qd est falsuz: nã quantũcunq; supficies augeret nunq̃z fieret corp9 ita quantũcunq; augeretur asinus: nunq̃z perfectionẽ hois attingeret: nec etiam potest dici secundũ. s. q excedat infinite: nã tunc sequeretur q homo esset perfectionis infinite: qd est inconueniens: cõsequẽtia videtur tenere pro tãto: qr asinus est alicuius certe perfectionis. illud ergo qd excederet eius pfectionẽ infinite: videt eẽ pfectiõis ifinite.

In oppositum arguitur sic: nã mã ⁊ forma sunt diuersarũ spẽrũ: ⁊ tamẽ forma dicit esse perfectior materia: sicut patet quinto huius. ¶ In ista questione primo videndum est penes qd attendat perfectio rei. Secũdo respõdendũ ẽt ad q̃situz.

Quantum ad primum sciendum est: q rem esse perfectam nõ est aliud: q̃z ipsam rez esse in tali ordine entium. de quibus dicitur 12° metaᶜᵉ q entia nolũt male disponi: ⁊ qr mala est pluralitas p̃ncipũ. vnus ergo est p̃nceps. ¶ 2° sciendũ est de hoc. s. penes quid attendat perfectio alicuius speciei: circa quod sunt multe imaginationes: vnde de hoc aliqui imaginãtur q latitudo perfectionis entiũ est sicut vnus circulus: cuius centrũ est materia prima: ⁊ circũferentia est deus: ⁊ tunc sicut in circunferentia alicuius circuli possunt fieri infinite circunferentie infinitorz circulorz: quorũ vnus est maior alio: ita inter deum ⁊ materiaz primã possunt imaginari infinite species: quarz vna est pfectior alia: ⁊ sicut iste circulns est minor: cuius circũferentia minus distat a centro ita perfectio illius speciei est minor que minus distat a materia prima ita q ꝑm illã imaginationẽ tota latitudo perfectionalis perfectionis entiuz generabilium ⁊ corruptibilium imaginatur terminari duob9 extremis exclusiue: vno quidem tanq̃z gradu summo sicut deo: alio vero sicut non gradu: sicut mã ꝑma. ¶ Alia est imaginatio q perfectio rei specifica attenditur penes Tex. cõ. vl.

accessum

accessum ad primũ vt ad deum. Sed breuiter ista imaginatio nõ valet: nam ꝑm hoc: tunc omnes res cetera summum eẽnt eiusdẽ perfectionis: sed hoc est falsuꝫ: ꝓbatur cõsequentia: quia cu iuslibet rei perfectio circa primum infinite distat a pfectione primi. ⁊ cũ vnum infinitũ non sit maius alio: nec minus sequit q̃ distantia perfectiõis hominis a perfectione primi: nõ est minor: nec maior q̃ distãtia perfectionis asini a perfectione primi: si ergo pfectio rei attẽditur penes distantiã vel propinquitatẽ ad primũ sequeret q̃ hõ nõ esset perfectior asino: ⁊ vniuersaliter ita eẽt de omnibus alijs rebus citra primũ que sũt diuersarum specierum. ¶ 2°: nam consimiliter ꝑm illaꝫ imaginationem intensio alicuius qualitatis haberet attendi penes propinquitatem vel distãtiã a summo gradu: modo hoc est falsum: nã posito q̃ gradus summus caliditatis sit sicut decẽ. non ꝓp hoc illa caliditas ẽ in duplo intẽsior illi caliditati que est in duplo propinquior: ꝑ hoc: nam caliditas sicut nouẽ est in duplo propinqor illi caliditati summe q̃ caliditas sicut 8. non tũ ꝓp hoc: est in duplo intensior. ¶ Alia est imaginatio q̃ perfectio specifica alicuius rei non attendit penes propinquitatẽ vel distantiã a primo: sed penes recessum eius a nõ gradu perfectionis: ⁊ non est imaginandus talis recessus p eandem lineam sed per aliã ⁊ aliam: ꝑm q̃ est alia ⁊ alia species. quare hoc de primo.

Quantum ad secundũ articulum sciendum q̃ sicut dicebatur in alia questione duplex est cõparatio. s. ꝓpria ⁊ impropria: ꝓpria est que est: ꝑm aliquã certam proportionẽ. impropria que nõ est ꝑ aliquam certã proportionem sicut dictum erat de angulo recto ⁊ angulo portionis q̃ angulus rectus erat maior angulo portionis: sed nõ per aliquã ꝓportionem: nec in duplo: nec in triplo: ⁊ sic vltra. ¶ 2° sciendũ est q̃ comparatio impropria adhuc subdiuiditur: nã quedam est vbi excedens excedit excessum vltra omnẽ ꝓportionem sicut est comparatio pfectionis hominis ad perfectionẽ asini: vnde homo est pfectior asino plusq̃ in duplo: plusq̃ in triplo ⁊ sic vltra. ¶ Alia est cõparatio ꝓpria: vbi excedens excedit excessum citra omnẽ ꝓportionem: ⁊ talis est comparatio anguli recti ad anguluꝫ portionis: vnde angulus rectus est maior angulo portionis plus: ꝫ minus q̃ in triplo: minus q̃ in quadruplo: ⁊ sic vltra: ꝓp hoc q̃ angulus rectus excedit angulũ portionis nõ nisi in angulo ꝓtingentie: qui est omniũ anguloꝫ rectilineorum minimus. ¶ Tunc fit prima cõclusio possibile ẽ q̃ vna res vnius speciei excedat vnã rem alterius speciei in infinitũ. i. vltra omnẽ ꝓportionem hoc potest declarari de angulo rectilineo ⁊ de angulo cõtingente: vnde angulus rectus excedit angulũ contingentie plusq̃ in duplo: ⁊ plusq̃ in quadruplo: ⁊ sic in infinitũ: ⁊ sic simili modo imaginandũ est de perfectione hominis ad perfectionẽ asini. ¶ 3ª cõclusio possibile est q̃ vna res excedat aliã citra omnẽ ꝓportionem seu in infinitum modicuꝫ: patet de angulo recto: ⁊ de angulo portionis: qui quidem angulus rectus excedit angulum portionis in angulo contingentie ex his duabus cõclusionibus patet q̃ res vnius speciei est bene cõparabilis rei alterius ⁊ speciei in pfectione comparatione ꝓpria ⁊ vna alteri: vltra oẽm proportionem ⁊ alia alteri citra omnem ꝓportionem sicut iam dicebatur. ¶ Sed dices tu. Tu dicis q̃ homo in infinitum est pfectior asino. sed contra: naꝫ tunc sequeret q̃ homo esset infinitus in pfectione: neganda est consequentia. vnde licet bene sequatur: homo est pfectior asino: ergo homo est perfectus: non tamen sequitur: cum hoc sincathegorematice infinitum: homo est infinite perfectior: ergo est infinite pfectus quia non ꝓp hoc homo dicitur in infinitum pfectior asino q̃ pfectio hominis sit infinita: sed ideo est quia pfectio hominis non excedit perfectionem asini ꝑm aliquam certam proportionem: sed vltra omnem. ¶ Adhuc pro ꝑmo argumẽto vel excederet finite: vel infinite: notandum q̃ perfectio alicuius rei magis perfecte puta hominis potest diminui vsqꝫ ad non gradum absqꝫ hoc q̃ attingat perfectionem rei minus perfecte. s. asini vel alicuius alterius. ⁊ hoc potest declarari in simili. nam imaginabile est q̃ aliquod corpus diminuatur continue vsqꝫ ad non quantum absqꝫ hoc q̃ fiat punctus: linea: vel superficies anteq̃ꝫ non quantũ ⁊ similiter angulus portionis potest omnino deperdi absq̃ hoc q̃ fiat prius rectus anteq̃ꝫ fit deperditus omnino: vnde in diminutione imaginandum est q̃ perfectio alicuius rei potest diminui vsqꝫ ad non gradum absqꝫ hoc q̃ prius diminuatur ad sui subduplum: vel ad subquadruplum: ⁊ sic in infinitum: patet hoc de angulo portionis: vnde si imaginamur aliquam lineam cooperientẽ diametrum alicuius circuli causantem anguluꝫ portionis cum medietate circunferentie ⁊ imaginemur istam lineam moueri versus lineaꝫ contingentem illum circulum: donec illam lineam contingentem cooperiat cum primo illaꝫ cooperiat angulus portionis: primo est omnino deperditus ⁊ tamen nunquam deperdebat subduplum: nec subquadruplus: ⁊ sic vltra propter hoc q̃ ista linea, sic mota continue relinquit post se angulum rectilineum causatum ex ipsa ⁊ diametro: modo angulus rectilineus: nec est quadruplus: nec subduplus: ⁊ sic vltra ad angulum portionis: vnde nõ sunt comparabiles ad inuicem ꝑm aliquam proportionem. Iuxta istud dico q̃ aliquid in infinitum est diuisibile: ⁊ tamen impossibile est q̃ diuidatur in duas medietates: patet de angulo portionis: qui per rectam lineam in infinitum est diuisibilis: ⁊ tamen non in duas medietates propter hoc q̃ illa linea recta diuidens istum angulum portans causat ex vna parte cum diametro angulum rectilineum: ⁊ ex alia parte cum circunferentia angulum ex vna recta ⁊ alia curua: qui nullo modo sunt equales: quod tamen oporteret: si essent due medietates eiusdem rationis: ⁊ ex alio quia medietas alicuius totius ẽ subdupla ad illud totum: sed nullus angulus rectilineus est subduplus ad angulum portionis.

Ad rationes principales. ad primam dico q̃ bene probat q̃ substantie non sunt adinuicem comparabiles ꝑ nomina absoluta: sed bene ꝑm nomina connotatiua: sicut hoc nomẽ perfectio ita q̃ licet homo non sit magis substantia q̃ asinus: tamen homo bene est perfectior substantia q̃ asinus: ecce hoc nomen perfectio: quod est nomen connotatiuum. ¶ Ad secundam negatur consequẽtia: licet valeret si homo excederet asinum in perfectione in aliqua certa ꝓportione. ¶ Ad tertiaꝫ: vel hoc eẽt finite vel ifinite: de hoc dictum fuit in positione.

¶ Tex. cõmẽti. xxj.

¶ Dubitabit autem aliquis: vtrum est motus omnis omni comparatiu' aut non ⁊c.

Q. ō. vj.

Queritur sexto vtruꝫ quilibet motus: cuilibet motui sit cõparabilis: ⁊ arguitur primo q̃ sic: nã omnis motus est aliqualiter velox: ergo quilibet motus est alteri comparabilis in velocitate. consequẽtia videtur tenere: ex eo q̃ velocitas reperitur hic ⁊ ibi: tunc videtur q̃ tales motus sunt adinuicem comparabiles: assumptum patet ex eo: q̃ nullus motus est infinite tardus. ¶ Secundo quilibet motus sequitur proportionem potentie mouentis ad resistentiam: cũ ergo quelibet proportio cuilibet pro-

portioni sit comparabilis: sic vz q̃ talis est ꝓportio motuum qualis est ꝓportio ꝓportionum quas illi motꝰ sequuntur. ¶ 3°. nam tertio celi dicitur generans tantum dat de loco quantũ de forma: ergo videtur q̃ ita velociter moueatur localiter: sicut alteratur in dando formam mediante qua fit ille motus localis: ergo videt q̃ ille motus localis sit comparabilis motui alteratiõis. ¶ Quarto nam sit aliquod ferrum ignitum quod moueatur super aliquo combustibili sicut super ligno: tunc ita velociter sicut mouetur illud ferruz localiter illud combustibile comburitur ⁊ alteratur: ex quo videtur q̃ motus localis: ⁊ talis alteratio puta calefactio: ⁊ combustio sũt ad inuicem comparabiles. ¶ Quinto omnes motus sunt eadem mensura adinuicem mensurabiles: ergo omnes motus sunt adinuicem comparabiles: assumptuz pater quia omnes sunt mensurabiles tempore. ⁊ consequentia probatur. nam que sunt eadem mensura mensurabilia sunt equalia: vel inequalia: ⁊ per consequens comparabilia: sic ergo videtur esse probatuz de motibus diuersorum generum q̃ sint adinuicem comparabiles. Deinde probatur de motibus eiusdem generis q̃ sunt adinuicem comparabiles sicut de motu circulari ⁊ de motu recto: probatur: illi motus sunt adinuicem comparabiles: quorum transitus attenditur penes eorum velocitates que sunt adinuicem comparabiles: sed sic est de motu circulari ⁊ de motu recto: patet hoc quia motu recto pertransitur corda. motu autez circulari arcus: modo arcus ⁊ corda sunt adinuicem comparabiles: omnis enim arcus est longior sua corda. ¶ Secundo naz motus sursum ⁊ motus deorsum sunt eiusdem generis licet sint diuersarum specierum: ⁊ sunt adinuicem comparabiles: patet hoc quia si aliquod graue in hora descenderet de concauo orbis lune ad centrum terre ⁊ vnum aliud ascederet de centro terre ad concauum orbis lune diceremus q̃ talis ascensus esset eque velox cũ tali descensu q̃re ⁊c̃.

Tex. cõ. 21. **In oppositum** est Aristoteles qui vult non omnem motuz cuilibet motui esse comparabilem. ¶ In ista questione primo presupponenda est diffinitio velocitatis in isto sexto data

Tex. cõ. 11. scilicet q̃ velocius est quod in equali vel minori tempore plus pertransit de spacio. ¶ Ulterius est sciendum. q̃ commentator dicit ibi: ista diffinitio velocitatis non dicitur vniuoce sed equiuoce de omnibus: de quibus dicitur: vnde non omnis velocitas cuilibet velocitati ē eiusdem rationis. ¶ Tertio sciendum est q̃ motus possunt comparari adinuicem dupliciter scilicet proprie q̃ vnꝰ est eque velox cum alio: vel velocior ꝑm aliquam proportionem. Improprie dupliciter vel correspondenter vel proportionaliter: tunc per ordinem discernendi sunt ⁊c̃.

Quantum ad primum modum sit prima cõclusio: omnes motus sunt comparabiles adinuicem penes que attenditur eorum velocitas tã quã penes effectum: probatur: quia postquaz velocitates attenduntur penes illa sequitur eandem esse proportionem hic ⁊ ibi. ¶ Ex ista conclusione sequitur secunda conclusio q̃ omnes motus sunt adinuicem comparabiles: quorum velocitates attenduntur penes lineam seu spacium lineale: probatur ex eo q̃ omnis linea: linee est comparabilis: probatur: quia si non hoc maxime videretur de linea recta: ⁊ de linea curua: sed q̃ hoc nõ: probatur de arcu ⁊ corda: que habẽt se sicut linea recta ⁊ linea curua: ⁊ sunt adinuicez comparabiles ex eo q̃ arcus est longior corda: patet hoc etiam ex alio: nã si vna tota volueretur super aliqua superficie plana quando fecisset vnam reuolutionem descripsisset vnam lineam rectam omnino equalem circunferentie istius rote quare linea recta ⁊ linea curua sunt comparabiles: patet hoc ex alio: nam sicut dicunt geometre circunferentia alicuius circuli habet se in proportione tripla sexquialtera ad diametrum illius circuli: sed hoc non esset nisi linea recta ⁊ curua essent adinuicem comparabiles: patet hoc ex alio; q̃ aliter non potest demonstrari aliquam superficiez quadratam esse equalez alicui superficiei circulari. cuius oppositum facit Archimedes qui credidit hoc demonstrasse. ¶ Ex ista conclusione sequitur q̃ motus rectus ⁊ motus circularis sunt adinuicem comparabiles: patet hoc: ex eo q̃ velocitas illorum motuum attenditur penes lineam scilicet vnius penes lineam rectam: ⁊ alterius penes lineam curuam. ¶ Tertia conclusio illi motus non sunt adinuicem comparabiles: quorum velocitas vnius attenditur penes angulum: velocitas aũt alterius attenditur penes lineam: probatur: ex eo q̃ angulus ⁊ linea non sunt adinuicem comparabilia. ¶ Ex ista cõclusione sequitur q̃ circuitio non est comparabilis motui circulari: vel motui recto: patet ex eo quod prius dictuz est in sexto scilicet q̃ velocitas circuitionis attenditur penes angulum tantum: vel tantum: in tanto: vel in tanto tempore descriptum. velocitas autem motus circularis ⁊ motus rectus attenduntur penes lineam. ¶ Tunc de motu alterationis sit prima conclusio: omnes sunt adinuicem comparabiles: que fiunt in eadem contrarietate: probatur: velocitas attenditur penes spacium pertransitum: seu penes distantiam localem: seu formalem: cum ergo sit eadem distantia ab vno contrariorum ad aliud ⁊ econuerso. sicut est eadem via ab athenis ad thebas ⁊ econuerso sequitur q̃ alteratio que est ab vno cõtrariorum in aliud scilicet a caliditate in frigiditatem est comparabilis alterationi que est de frigiditate in caliditatez: Et ꝓfirmatur: nam sicut motus sursum ⁊ motus deorsum qui sunt inter eosdem terminos licet modo opposito sunt adinuicem comparabiles: ita similiter est de alteratione scilicet q̃ iste alterationes sunt adinuicez comparabiles: que sunt inter eadem extrema contraria licet modo opposito. ¶ Secunda conclusio omnes alie alterationes non sunt adinuicem comparabiles: patet hoc: quia penes que mensurantur eorum velocitates non sunt adinuicem comparabilia. vnde calefactio non est comparabilis albedini: nec nigredini: nec nigrefactio est comparabilis frigefactioni. ¶ Deinde de augmentatione sit ista prima conclusio: q̃ quelibet augmentatio cuilibet augmentationi est comparabilis: ⁊ hoc intelligitur de augmentatione: que est secundum corpus: ⁊ augmentatio secundum lineam augmentationi secundum lineam: ⁊ augmentatio secundum superficiem augmentationi secundum superficiem: verumtamen augmentatio secundum corpus non est comparabilis augmentationi secundum lineam ex eo q̃ corpus ⁊ linea non sunt adinuicez comparabilia nec corpus ⁊ superficies: nec linea ⁊ superficies: sed q̃ augmentatio secundum corpus sit comparabilis augmentationi secundum corpus: hoc patet ex eo q̃ in talibus illa sunt adinuicem comparabilia: penes que attenditur velocitas talium augmentationum: hoc dictuz sit de comparatione proprie dicta: quare sufficit: ⁊ hoc de primo articulo.

Quantum ad secundum modum comparationis quo aliqui motus comparãtur adinuicem correspondenter ista fit cõclusio q̃ motus adinuicem diuersorum generum tali comparatione sunt adinuicem comparabiles: probatur: nam aliqua est intensio que est significabilis per aliquam lineam: ⁊ non maiorem: nec minorem: ergo talis potest dici equalis correspondenter illi linee: per quam est significabilis: ⁊ per consequens motus alterationis; quo acquiritur talis intensio in hora esset equalis: ⁊ correspondens motui locali quo pertransiretur talis linea in eadẽ hora. assumptum probatur: naz sit vna linea super quã describatur

describatur semicirculus: ⁊ quilibet puncꝰ in illa linea signatus sit ita albus in comparatione ad alterum: sicut se habet linea protracta ab isto puncto ad circũferentiaꝫ: tunc ista difformitas albedinis est cõsimilis semicirculo: cuius linea illa causat semidiametrum per quam significabilis est intensio albedinis puncti medij in linea: circa quam descriptus est semicirculus.

Quantum ad tertium modum sit ista conclusio: omnes motus sunt adinuicem comparabiles proportionabiliter: ⁊ hoc non est aliud dicere nisi ꝙ in qua proportione vnus motus localis est velocior alio: quod in simili proportione contingit reperire vnũ motũ alterationis eẽ velociorẽ alio ⁊ ita de alijs motibus conclusio clara est.

Ad rationes principales dicendũ est ꝙ bene probant ꝙ omnes motus sunt adinuicem comparabiles proportionabiliter vel correspondenter: nõ tũ pbant ꝙ oẽs motus sint adinuicem comparabiles comparatione proprie dicta.

Tex. cõmenti. xxxv.

¶ Quoniam autez mouens mouet semper aliquid ⁊ in aliquo ⁊c. Q. ō. vij.

Ueritur nunc septimo vtruz proportio velocitatũ in motibus sequatur proportionem proportionum potentiarum mouentiuz ad suas resistentias. Et arguit primo ꝙ non: proportio velocitatum sequit proportionem potentiarum motiuarum inter se: ergo non proportionem
Tex. cõ. 71. proportionum potentiarum mouentiũ ad suas resistentias: antecedens patet per Aristotelẽ quarto huius: vbi dicit ꝙ proportio velocitatum in descendendo: est sicut proportio grauitatum. ¶ 2° proportio velocitatũ sequitur proportionez resistentie: ergo non proportionũ proportionum potentiarum mouentiũ ad suas resistentias, consequentia tenet sicut precedens: antecedens patet per
Tex. cõ. 70 Az. quarto huius: vbi dicit ꝙ pportionaliter augetur velocitas: sicut diminuit resistentia: modo hoc non esset nisi proportionem resistentiarum sequeretur proportio velocitatum. quare ⁊c.

In oppositum vult Aristoteles ⁊ eius Commentator in isto septimo. ¶ In ista questione primo videndum est de diuisione proportionis in suas species. ¶ Secundo videndum est de quesito.

Quantum ad primum sciendum est ꝙ proportio primo diuiditur in proportionem rationalem: ⁊ irrationalez: proportio rationalis dicitur: que immediate denominatur ab aliquo numero: sicut dupla vel tripla. Irrationalis autem que non nominatur imediate aliquo numero. sed imediate denominatur ab aliqua proportione sicut proportio que vocatur medietas duple proportionis: qualis est proportio dyametri alicuius quadrati ad costam eiusdem ⁊c. ¶ Et differunt proportio rationalis ⁊ irrationalis. naz pportio rationalis reperit taz in numeris ꝗ in magnitudinibus. pportio aũt irrationalis nõ est in numeris: sed solũ in magnitudinibus reperit, ppter quod proportio rationalis est de consideratione tam Arihtmetrice ꝗ geometrie. proportio autem irrationalis soluz est de cõsideratione geometrie. ¶ Proportio autem rationalis sic diuiditur. Alia est multiplex. alia superparticularis alia superpartiens: alia multiplex supparticularis. alia multiplex suppartiens. Ita ꝙ pportionis rationalis quinqz sunt species: quarum prime tres sunt simplices: alie due composite. ¶ Proportio multiplex dicit quando maius cõtinet minus pluries pcise: ita ꝙ nil superfluit: si maius continet minus precise bis vocatur pportio dupla: qualis est proportio duoruz ad vnum vel. 6. ad tria. si autem precise ter vocatur pportio tripla: sicut tria ad vnũ: vel sex ad duo. Si autem precise quater vocatur proportio quadrupla. ⁊ sic in infinitum: ⁊ sic patet qualiter proportionis multiplicis infinite sunt species. ¶ Proportio autem superparticularis dicit quando maius continet minus nõ pluries sed semel: ⁊ cum hoc aliquaz partem aliquotaz numeri minoris. verbi gratia: sicut est proportio trium ad vnum: tria enim continent duo semel. ⁊ cum hoc vnitatem: que est pars aliquota duoruz. ⁊ istius etiam proportionis infinite sunt species: nam si maius continet minus semel ⁊ cum hoc partem aliquotaz minoris: que est altera pars numeri minoris: puta medietas: vocatur proportio sexquialtera: qualis est proportio trium ad duo: ⁊ sex ad quatuor. ⁊ nouem ad sex. ⁊ dicitur sexquialtera a sex quod est totuz ⁊ altera. quod est continens totum. ⁊ alteram eius partem: scilicet medietatem. Si autem maius continet minus semel: ⁊ cuz hoc tertiam eius partem vocatur sexquitertia: sicut est proportio quatuor ad tria ⁊ proportio octo ad sex. ⁊ sedecim ad duodecim ⁊ sic vltra. Si vero maius continet minus semel: ⁊ cum hoc quartam eius partem vocatur sexquiquarta qualis est proportio quinqz ad quatuor ⁊ decem ad octo: ⁊ sic in infinitum proportionaliter multiplicentur species proportionis superparticularis. ¶ Sed pro ista specie: ⁊ sequente sciendum est, quid sit pars aliquota: ⁊ non aliquota. Unde pars aliquota dicitur que aliquotiens sumpta potest reddere totum precise nihil plus nec minus: ⁊ sic vnitas se habet respectu cuiuslibet numeri: si enim vnitas sumatur bis precise dualitatem constituit: si ter trinitatem: ⁊ sic vltra. similiter sic se habet dualitas respectu quatuor: ⁊ respectu sex ⁊c. ¶ Pars non aliquota est que aliquotiens sumpta non reddit suum totum precise: sed aliquid plus vel minus: ⁊ sic se habent duo respectu quinqz. si enim duo sumantur bis reddunt minus quã quinque. Si vero ter reddunt maius: ⁊ propter hoc duo dicuntur pars non aliquota respectu quinqz. ¶ Tertia species proportionis rationalis que vocatur proportio superpartiens: ⁊ dicitur superpartiens quando maius continet minus semel ⁊ non pluries ⁊ cum hoc partem non aliquotam minoris qualis est proportio quinqz ad tria: ⁊ similiter proportio septem ad quinqz. Deinde si ista pars non aliquota est composita ex duabus partibus aliquotis minoris: tunc talis proportio vocatur superbipartiens. Si vero est cõposita ex tribus aliquotis minoris: vocatur supertripartiens: si vero ex quatuor vocatur supquadripartiẽs: ⁊ sic in ifinitũ. ¶ Ulterius est notandũ pro habendo perfectam denominationem: qualiter se habent iste partes aliquote respectu minoris an sunt tertie: an quarte: an quinte. si tertie vocant supbipartiẽs tertias. Si vo sunt quarte vocatur superpartiens quartas ⁊c. Unde si maius continet minus semel: ⁊ cum hoc partem non aliquotam minoris que quidem pars non aliquota est composita ex duabus partibus aliquotis minoris: quarum quelibet est tertia pars minoris: vocatur proportio superbipartiens tertias: qualis est proportio quinqz ad tria: quinqz enim cõtinet tria semel ⁊ cum hoc duo. que est pars non aliquota trium nihilominus illa dualitas composita est ex duabus vnitatibus minoris numeri: quarum quelibet est tertia pars trium. Si vero maius continet minus semel: ⁊ cum hoc partem non aliquotam: que est cõposita ex duabus partibus aliquotis minoris numeri quarum quelibet est quinta pars minoris vocatur proportio superbipartiens quintas: vt septem ad quinqz. Si vero maius continet minus se-

mel:z cum hoc partem non aliquotam minoris continente in se quatuor aliquotas minoris: quaz quelibet est qnta minoris: vocaz supquadripartiēs qntas: qlis est proportio nouem ad quinqz: vel suppartiens 4 qntas: z sic in infinitum. vlterius multiplicari possunt species proportōis rationalis simplicis. ¶ Quarta species vocatur multiplex superparticularis: z est quando maius continet minus pluries: z cum hoc aliquam eius partem aliquotā numeri minoris: sicut est proportio septē ad tria: septem enim ꝓtinent tria bis: z cum hoc vnitatē: que est pars aliquota trium. Et si maius ꝓtinet minus bis z non pluries: z cum hoc partem alterā numeri minoris: vocatur proportio dupla sesquialtera: qualis est proportio quinqz ad duo: quinqz eni continēt duo bis: z cum hoc vnitatem: que est altera pars duorum. Si vero maius ꝓtinet minus bis: z cum hoc tertiam partem eius: vocatur proportio dupla sesquitertia: sicut est ꝓportio septez ad tria: z sic vlterus proportionaliter in infinitum multiplicari possunt species huius ꝓportiōis. ¶ Quinta species ꝓportionis: que vocatur multiplex suppartiens dicitur quādo maius ꝓtinet minus pluries: z cum hoc ꝓtinet partez non aliquotā minoris: qualis est ꝓportio octo ad tria: octo enim cōtinet tria bis: z cum hoc duo: modo duo non est pars aliquota triū: z si maius ꝓtinet minus bis z cum hoc partem nō aliquotam cōtinentem in se duas aliquotas numeri minoris: quaruz quelibet est tertia minoris: vocatur ꝓportio dupla superbipartiens tertias: sicut est ꝓportio octo ad tria: z sic ꝓportio naliter vlterius in infinitum possunt multiplicari species quinte ꝓportionis: hec omnia in tractatu proportionum patebunt.

proportio multiplex superpartiens.

proportio multiplex suppartiens.

Quantum ad secundum sit ꝑma conclusio proportio velocitatum: non est sicut ꝓportio potentiarū mouentium inter se: pbatur: pro quo supponatur: q̃ a proportione minoris inequalitatis: z similiter a proportione equalitatis nō prouenit motus: siue actio. Proportio minoris inequalitatis dicit quando cōparatur minus ad maius: ꝓportio equalitatis est quando comparatur equale. Exēplum primi sicut proportio duorum ad tria. Exempluz secundi sicut proportio duorum ad duo: hoc supposito probatur cōclusio: qz si proportio velocitatum est sicut proportio potentiaruz mouentium inter se: sequitur q̃ datis duobus potētijs: puta. a. b. quarum vna esset dupla ad aliā moueret duo mobila equalia: sic q̃ potentia dupla moueret suuz mobile in duplo velocius: z q̃ potentia subdupla suū mobile in duplo tardius: ꝓsequens est falsum: consequētia tenet: si oppositum conclusionis esset verum: falsitas consequentis probatur: naz sic sequeretur q̃ a proportione minoris inequalitatis fieret actio: quod est contra secundam suppositionem: z pbatur consequentia: nam signetur potētia dupla: sicut sex: z potētia subdupla sicut tria: z duo mobilia vtrobiqz sicut quatuor: tūc tria moueret quatuor in duplo tardius q̃z sex: tunc tria moueret quatuor: sed proportio triuz ad quatuor est proportio minoris inequalitatis. ergo. ¶ Secunda conclusio proportio velocitatum non est sicut proportio resistentiarum: probatur: nam sic sequeret q̃ aliqua potentia data: que moueret aliquod mobile sibi resistens aliqua velocitate: q̃ illa potentia moueret mobile dupluz subdupla velocitate: sed hoc est falsum: consequentia tenet postq̃z proportitio velocitatum est sicut proportio resistentiarum: z falsitas patet: nam signata aliqua potētia sicut sex z resistentia sicut quatuor: tunc si illa potentia moueret duplaz resistentiam subdupla velocitate: sequeretur q̃ sex mouerent octo: postq̃z octo est duplum ad quatuor velocitate in duplo minori q̃z moueant quatuor: z sic iteruz a proportione minoris inequalitatis pueniret actio: quod est contra suppositionem. ¶ Tertia conclusio proportio velocitatū non est sicut proportio excessuum: nam sic sequeretur q̃ illa regula non esset vera: que tamen est vera: z est Aristotelis. Si aliquis motor mouet aliquod mobile: verbi gratia quatuor duo medietas motoris mouebit medietatem mobilis equali velocitate duo vnuz: probatur ꝓsequentia quia maior est excessus quatuor super duo: q̃z duorum super vnum. Excessus enim quatuor super duo est duo. Excessus autem duorum super vnuz est vnitas: modo si proportio velocitatis esset sicut ꝓportio excessus: tunc vbi esset maior excessus: ibi esset maior velocitas. z sic quatuor velocius mouerent duo: q̃z duo vnum: quod est contra regulā. ¶ Secūdo: nam videmus q̃ si viginti homines trahunt vnam nauem aliqua velocitate q̃ si vnus aduenīat modicuz velocitas intenditur: incōparatione ad velocitatem priorez. Si vero vnus homo trahit nauem: z vnus sibi aduenīat: velocitas plus intenditur in cōparatione ad velocitatē priorem: modo hoc nō esset taliter: z ibi: si proportio velocitatū esset sicut proportio excessuuz. ¶ Quarta conclusio proportio velocitatum in motibus est sicut proportio proportionuz potentiarū mouentiū ad suas resistentias ita q̃ ex equalibus proportionibus potentiarum mouentiū ad suas resistentias prouenit equalis proportio velocitatis: z ex inequalibus inequalis ita q̃ ad duplam: dupla velocitas: z ad subduplam subdupla velocitas: ita q̃ si proportio. a. potentie ad. b. resistentiam esset quadrupla. z proportio. c. potentie ad. d. resistentiam esset dupla: cuz ergo proportio quadrupla sit dupla duple. a. potentia moueret. b. resistentiam in duplo velocius q̃z. c. d. probatur cōclusio a sufficienti diuisione: nam proportio velocitatuz in motibus: vel est sicut proportio potentiarum mouentium inter se: z hoc nō: per primam conclusionem vel sicut proportio resistentiaruz inter se z hoc non per secundam: vel sicut proportio excessuum. z hoc non per tertiā: vel sicut proportio proportionum potentiarum z̄c. z sic habetur intentū pluribus modis: nō videtur posse imaginari penes quid proportio velocitatum in motibus debeat attendi tanq̃z penes causam. ¶ Contra illaz vltimam conclusionem dubitatur: nam si esset vera sequeret q̃ si sor. proijceret aliquem lapidem ad aliquam distantiam super quam habet aliquam proportionē maioris inequalitatis q̃ lapidem super quez haberet proportionem in duplo maiorez: deberet proijcere in duplo remotius: z lapidem super quez haberet proportionē in quadruplo maiorem deberet proijcere in quadruplo remotius: z sic vltra in infinitū: sicut patet ad experientiā. hoc est falsuz: ꝓntia tenet si conclusio est vera: vt videt. ¶ Respondet negando consequentiā: quia in proiectione tali non solum lapis resistit: sed etiaz aer. z ideo licet sor. bene habeat talem: vel talem proportionem super lapidez minorem vel maiorem: non tamen super totam resistentiā. modo velocitas non sequit proportionem potentie mouentis solum sup partem: sed super resistentiam totalez: ¶ 2° dubitatur: nam fit aliquod calidum sicut sex. z aliquod frigidum sicut quatuor: tunc illud calidum: habet eandem proportionē super illud frigiduz quando est remotum: sicut quando est propinquū. z tamen quando est propinquū velocius agit in ipsuz: ergo videtur q̃ cōclusio sit falsa. ¶ Respōdetur q̃ ratio bene probat q̃ velocitas nō sequitur proportionez potentie ad resistentiā absolute: z hoc bene conceditur: sed hoc cum aliquibus attinentijs puta tali: vel tali applicatione agētis ad passum. modo licet calidum sicut octo: habeat eandem proportionem ad frigidum quum est remotum: sicut quuz est propinquum: non tamen est ei equaliter applicatuz: z propter hoc velocitas non est equalis: quia ad proportionem oportet attendi applicationem. ¶ 2° dubitatur

nam aliquis

nam agens in agendo repatiť:ergo passum aliqua velocitate reagit in ipsum agens:ꝛ cum nõ habeat nisi ꝓportionẽ minoris iequalitatis:sequiť q velocitas qua agit sequiť proportionem minoris inequalitatis ꝛ cum vna alia ꝛ cõsimilis velocitas possit peruenire a ꝓportione maioris inequalitatis nulla fit proportio:sequiť q non est similis proportio velocitatũ sicut proportio potentiarum mouentiũ ad suas resistentias. ¶ Respondeť q velocitas qua passum agit in agens nõ sequiť proportionẽ passi ad agens:sed sequiť proportionẽ posse reagere ipsius passi:ad posse resistere ipsi⁹ agẽtis.sicut dictũ est diffusius super libro de gñatione.modo proportio posse agere ipsius passi ad posse resistere ipsius agentis:põt eẽ proportio maioris inequalitatis:licet ꝓportio passi ad agẽs sit minoris inequalitatis: verbi gratia: posito q ignis agat in aquam: cum tam ignis q̃ aqua sit magne actiuitatis:ꝛ modice resistentie:possibile est q vtriusq; actiuitas sit maior q̃ sit alterius resistentia:ꝛ sic vtrũq; ipsoꝝ potest agere in reliquũ a proportione maioris inequalitatis. ¶ 4° dubitať:nam sit aliquod graue quod descẽdat in aliquo medio in vniformi:tunc clarum est q hoc nõ obstante q medium est vniforme illud graue ꝓtinue velocius ꝛ velocius mouetur:ꝛ tamen continue manet eadẽ ꝓportio potentie mouentis ad resistentiã:ergo videtur q ꝓclusio sit falsa. ¶ Respõdeť q in descẽsu talis gravis in tali medio vniformi nõ manet ꝓtinue eadez proportio potentie mouẽtis ad suã resistentiã: qꝛ in descẽsu talis grauis:illi graui acquiriť quedã grauitas accidẽtalis:seu ipetus:qui vna cũ grauitate ꝑsistente mouet velocius:ꝛ velocius.

Ad rõnes dico negando istas auctoritates.quia alibi sunt auctoritates ad oppositũ:ꝛ potest dici q hoc est ex vitio translatoris q tales auctoritates sunt posite quarto huius.

¶ Tex.cõmẽti.xxxv.

¶ Qm̃ autem mouens mouet semper aliquid ꝛc. Q.ō.viij.

Ueritur vltimo vtrũ regule quas ponit Aꝛ.ad cõparatione mobiliũ ꝛ mouentium in septimo fint vere. Et arguitur q sic auctoritate Aꝛ.ꝛ Cõmen.in loco prealegato.auctoritas est Aꝛ.ꝛ Cõmentatoris:ergo.

In oppositum arguiť:nam velocitas mot⁹ sequiť proportionẽ potẽtie mouentis ad suaz resistentiã.modo cum isto veritas aliquatum istarum regularum stare nõ potest:patet hoc: nam si aliqua potentia habet aliquã proportionẽ ad aliquod mobile:nõ oportet q dupla potẽtia habeat in duplo maiorẽ proportionẽ ad illud mobile.ꝛ per ꝓñs non oportet q si aliqua potentia mouet aliqd̄ mobile q dupla potentia moueat idem mobile in duplo velocius:si enim quatuor mouent vnũ nõ oportet q octo moueant vnũ in duplo velocius:ꝓpter hoc q proportio octo ad vnũ nõ est dupli ad proportionem quatuor ad vnum: nam proporti o octo ad vnuz est octupla:modo octupla nõ est dupla quadruple.qualis est ꝓportio quatuor ad vnũ:sed proportio 16ⁱᵃ qualis est ꝓportio sexdecim ad vnum.bene est dupla quadruple: propter hoc q componiť ex duab⁹ quadruplis:tanq̃ ex duabus suis medietatibus:componiť enim ex proportione sexdecim ad quatuor.que est quadrupla.ꝛ ex proportione quatuor ad vnum que similiter est quadrupla. ¶ In ista questione primo notande sunt aliq̃ suppositiones. ¶ 2° ponende sunt alique ꝓnes. ¶ 3° alique regule de comparatione mouentium ꝛ mobilium.

Quantum ad ꝑmũ fit ista ꝑma suppositio:q velocitas motus sequiť ꝓportionẽ potentie mouẽtis ad suã resistentiã:ita q ꝓportio velocitatuz est sicut ꝓportio ꝓportionũ potentiaꝝ mouentiũ ad suas resistentias:ista suppositio pz per qõnem ꝑcedentẽ. ¶ Tertia suppositio est datis duob⁹ extremis:quorũ vnius ad alteꝝ est aliqua ꝓportio aliquo vel aliquib⁹ interpositis:cuius vel quoꝝ ad vtrũq; extremoꝝ est aliqua ꝓportio:erit ꝓportio primi ad vltimũ cõposita ex ꝓportione ꝑmi ad ſcdm:ꝛ ſcdi ad tertium:ꝛ si plura intermedia sunt posita:ꝛ ex ꝓportione tertij ad quartũ: verbi gra ꝓportio triũ ad vnũ est composita ex ꝓportione trium ad duo:ꝛ ex ꝓportione duoꝝ ad vnũ: ita q ꝓportio tripla est composita ex vna sexquialtera : ꝛ ex vna dupla similiter ꝓportio quatuor ad vnuz est composita ex ꝓportione q̃tuor ad tria:ꝛ ex ꝓportione triuz ad duo: ꝛ duoꝝ ad vnũ:ita q ꝓportio quadrupla est composita ex vna sexquitertia : ꝛ vna sexquialtera:ꝛ vna dupla:que tres proportiones valẽt duas duplas ꝑcise: ex eo q vna sexquialtera:ꝛ vna sexquitertia valent vnã duplã:ista suppositio pz ex quito Euclidis. ¶ Tertia suppositio est ꝓportio composita ex ꝓportiõe maiori ꝛ minori ad ꝓportionem minorẽ est magis q̃ dupla:pz hoc ꝑmo rõne:nam totũ compositum ex duab⁹ partibus ex vna minori:ꝛ alia maiori ad partẽ minorẽ est plus q̃ duplũ: ad partẽ vero maiorem minus q̃ duplũ sicut pz de ligno tripedali q ad pedalẽ partem eius minorem est plus q̃ duplũ: ꝛ ad bipedalez partem eius est minus q̃ dupluz. ¶ Patet secũdo exẽplo: nam proportio octo ad vnum componitur ex proportione quatuor ad vnum : ꝛ ex proportione octo ad quatuor:quia ergo proportio quatuor ad vnum est maior q̃ ꝓportio octo ad q̃tuor:ꝓportio q̃drupla est maior q̃ dupla:sequiť q ꝓportio octo ad vnũ est minor q̃ dupla ad ꝓportionẽ q̃tuor ad vnũ:ꝛ est maior q̃ dupla ad ꝓportionez octo ad q̃tuor:ista suppõ pz qnto Euclidis.

Quantum ad secunduz sit prima conclusio si.a. mouet.b.non oportet q.a.moueat medietatem.b.in duplo velocius precise:patet hoc:nam sit.a.fiẽ octo:ꝛ suũ mobile fiẽ duo:ꝛ medietas illi⁹ mobilis fiẽ vnũ:ꝛ sit medietas mobilis.c.dico q.a.nõ mouet.c.in duplo veloci⁹ q̃ moueat.b.sz min⁹ q̃ in duplo: qõ ꝑbať:qꝛ ꝓportio.a.ad.c.nõ est dupla ad ꝓportionẽ.a.ad b.ergo velocitas qua.a.mouet.c.nõ est dupla ad volocitatẽ: qua.a.mouet.b.ꝓñtia tenet per ꝑmã suppositionẽ: añs ꝑbať:nam ꝓportio.a. ad.c.cõponiť ex ꝓportione.a. ad.b.ꝛ ex ꝓportione.b.ad.c.per ſcdam suppositionẽ: sed ꝓportio.a ad.b.est maior q̃ ꝓportio.b.ad.c.qꝛ quadrupla ꝓportio.sed.b.ad.c.est dupla.ergo ꝛc.per tertiã suppositionẽ ꝓportio.a.ad.c.est minor q̃ dupla ad ꝓportionem.a.ad.b.quod erat ꝑbanduz. ¶ Secda cõclusio est q bene aliqñ aliqua potentia mouens aliquod mobile eadẽ potẽtia mouet medietatẽ illius mobilis in duplo velocius ꝑcise:ꝛ hoc tenet quãdo potẽtia hz se ad suuz mobile in ꝓportione dupla:verbi gra: si quatuor mouerẽt duo:dico q quatuor mouerẽt medietatẽ duoꝝ.ſ.vnũ ꝑcise in duplo velocius:q̃ mouebãt duo:ꝑbať:qꝛ ꝓportio quatuor ad vnũ ꝑcise est dupla ad ꝓportionẽ quatuor ad duo.ergo velocitas erit precise dupla : ꝓñtia tenet per ꝑmaz suppositionẽ:ꝛ añs pz:nam ꝓportio quatuor ad vnũ cõponiť ex ꝓportione quatuor ad duo:ꝛ duorũ ad vnũ:per ſcdam suppositionẽ: que quidẽ ꝓportiones sunt iter se equales:qꝛ quelibet eaꝝ est dupla.ergo ꝓportio.puta quatuor ad vnũ est ꝑcise dupla ad qũlibet illarum:ꝓñtia tenet per illã cõmunẽ animi conceptionem si aliqd̄ totũ cõponiť ex aliquib⁹ partib⁹ equalib⁹:tunc illud totũ ad qũlibet illaꝝ ptiũ est ꝑcise duplũ:ꝛ forte ad istũ intellectũ Aꝛ.posuit suam regulã.ſ.q si aliq̃ potẽtia

In oppositum vult Aristoteles in isto octauo. ista questio non est mota propter aliud: nisi vt videatur quomodo debeat intelligi dictum Aristotelis scilicet q̃ animal mouetur ex se ꝛ graue inanimatuz non: cum tamen vtrũq̃z eorũ moueatur per suam formaz sibi inherentez ꝛ intrinsecã. ¶Sit ergo prima conclusio: nec graue inanimatũ nec animal mouetur ex se: sic q̃ secunduz se totũ moueatur: siue quelibet pars moueatur: probatur: quia vtriusq̃z materia est pars: sed ista non mouet: cuz nullius sit actiuitatis: ergo nullum eorum secundum se totuz est mouens. ¶Secunda conclusio: vtrũq̃z eorum sic mouetur ex se q̃ mouetur ex aliquo sibi intrinseco: patet hoc: quia vtrũq̃z mouetur per suam formaz sibi intrinsecaz. ¶Tertia conclusio neutrum eorum mouetur sic ex se quin indigeat habere vel habuisse motorem extrinsecum: patet hoc primo de graui. quia graue nõ mouetur naturaliter de nouo: nisi de nouo factum sit graue: seu nisi de nouo remotuz sit prohibens ipsum: si ante erat graue. Si autez moueatur de nouo primo modo adhuc indiget generãte ipsuz quod sibi est extrinsecuz. Si autem mouetur de nouo: secundo modo adhuc indiget, remouente prohibens quod iterũ est sibi extrinsecuz: animal vero non mouet se nisi per sensum vel per intellectuz: modo quia ad sentiendu vel intelligendum indiget habere vel habuisse motorem extrinsecũ: puta obiectũ: sequitur finaliter nec graue inanimatuz nec anima moueri. sic ex se quin indigeat habere vel habuisse motorez extrinsecum. ¶Sed circa dicta dubitatur. quare ergo Aristoteles dicit animal moueri ex se: ꝛ graue inanimatuz non. Et respondetur q̃ hec est ratio quia animal ponit de nouo moueri post quietez: absq̃z hoc q̃ tunc habeat motorem extrinsecuz ipsum mouentem: licet bene ante habuit sicut patet dum animal dormit potest expergefieri absq̃z motore extrinseco: ꝛ ipso expergefacto eius sensus: ꝛ eius appetitus potest moueri per species reseruans in eius memoria ad prosequendum aliquid vel fugienduz: ꝛ hoc totum potest fieri de nouo absq̃z hoc q̃ pro tunc habeat motorez extrinsecuz licet ante habuerit. ꝛ propter hoc animal dicit moueri ex se: ad hoc autez q̃ graue inanimatũ de nouo moueatur non sufficit habuisse motorem extrinsecuz: sed requiritur de presenti habere motorem extrinsecuz: patet hoc nam graue quũ incipit de nouo moueri: vel ergo quuz incipit de nouo moueri: incipit de nouo esse: vel ante erat. Si primuz claruz est q̃ tunc indiget motore extrinseco: scilicet generante. Si dicatur secunduz: vel ergo de nouo mouet naturaliter: vel violenter. Si violenter claruz est q̃ indiget motore extrinseco: si naturaliter: vel ergo ad deorsum: vel ad sursum vel a sursum ad deorsuz: si dicatur primum hoc esse non potest nisi factuz sit leue. ꝛ hoc verũ non potest esse absq̃z a generãte aliquo extrinseco. Si autez dicatur secundum: tunc prius erat prohibituz: ꝛ illud prohibens est modo amotuz: ꝛ ad hoc de presenti indiget amouere illud prohibens: quia igitur graue inanimatũ non potest de nouo moueri: nisi habeat motorẽ extrinsecũ: ipsuz nõ dicit moueri ex se: sed qꝛ aial põt de nouo moueri absq̃z hoc q̃ habeat motorem extrinsecum licet ante habuerit ipsum dicitur moueri ex se. ꝛ istud sufficit.

Tex. cõ 2.

Ad rationes principales: ad primam patet secundum conclusiones positas: nam animal

nam animal dicitur moueri ex se propter hoc q̃ si se totum moueat: ⁊ secundum se totuz moueatur: sicut dicit prima conclusio: sed ideo quia mouetur ab aliqua eius parte intrinseca: ⁊ cuz hoc q̃ non indiget semper habere maiorem extrinsecuz licet indigeat habere: vel habuisse. ¶ Ad secundam consimiliter. ¶ Ad tertiam concedo q̃ animal est diuisibile in partez per se mouentez ⁊ in partem per se motam. ⁊ sic nego minorez: ⁊ quuz argueba tur circunscripta anima residuuz non est per se motum propter hoc q̃ non est ens in actu nego: imo sufficit q̃ sit ens i actu pp quē actū resistit mouēti: ⁊ ita est de corpore aialis circūscipto. quia adhuc corpus est in actu per grauitatem per quaz quidem grauitatez resistit anime mouenti: sed sic non est de graui inanimato: sed forma eius substantialis circūscripta adhuc residuū manet in actu per grauitatez: tamen per illam non resistit mouenti: scilicet forme substantiali grauis: ⁊ ideo graue non dicitur moueri ex se: sed animal bene. ¶ Et quartaz bene concedo q̃ ad hoc q̃ animal moueatur indiget habere: vel habuisse motorez extrinsecuz: sed ad hoc q̃ graue inanimatuz moueatur sufficit habuisse: sed requirit habere: ⁊ ex hoc ad argumentum.

¶ Tex. cōmēti. xxviiij.

¶ A quo autem manifestum non est: sicut cū moueat extra naturā ⁊c. Q. ō. vj.

Queritur vtrum grauia ⁊ leuia inanimata moueātur ex seipsis: ⁊ arguit primo q̃ sic: quia mouentur naturaliter quū mouentur a principijs eorum intrinsecis ⁊ non ab extrinsecis: cuz tunc moueantur violenter: ergo a se ipsis: consequentia tenet ex eo: q̃ moueri a principio intrinseco est vnus modus mouendi a se ipso. Q̃ autez moueatur a principio intrinseco: patet per cōmentatorez tertio celi dicentē graue non moueri a motore extrinseco: sed a forma eius: hoc idez patet per eundē quarto celi dicentez: in graui minus distinguitur motor ⁊ motuz q̃z in animali: ex quo elicitur q̃ graue habet motorez intrinsecuz: ⁊ motum intrinsecuz. ¶ Secundo illud mouetur quod diuiditur in partē per se mouentē: ⁊ in partem per se motā: ⁊ sic est de graui. ⁊ similiter de leui: diuiditur enim in formā per se mouentez ⁊ in residuum per se motuz. ¶ Tertio si graue ⁊ leue non mouerentur ex se hoc esset ex eo q̃ ad inceptionem sui motus indigeret motore extrinseco: ⁊ tamen Aristoteles dicit animal moueri ex se: ergo.

Tex. cō. 29. In oppositum determinat Aristoteles in in isto octauo. dicens grauia ⁊ leuia inanimata moueri ex se ipsis est impossibile. ¶ In ista questione primo videndū est de quesito. ¶ 2° videndū est a quo mouent grauia ⁊ leuia: quādo ascendunt ⁊ descendunt.

Quantum ad primum sit ista prima distinctio q̃ aliquid moueri ex se potest intelligi quatuor modis. ¶ Primo modo q̃ totū moueat totum ita q̃ secundum se totuz moueat: ⁊ secundum se totum moueatur. ¶ Secundo aliquid dicitur moueri ex se quod nunq̃z ad suum motum indiget motore extrinseco nec motu extrinseco. ⁊ isto mō celuz pōt dici moueri ex se accipiendo celū pro aggregato ex orbe ⁊ intelligētia: ad hoc enim q̃ ipsuz moueat nō indiget alio motore q̃z suo: ⁊ similiter nec alio motu. ¶ Tertio aliqd dr moueri ex se: quod post eius quietem potest incipere aliquem motū: ⁊ perficere illum absq̃z hoc q̃ pro tunc exigat aliquem motorem extrinsecum: sicut dictum est in precedēti questione de animali quū expergefit post somnum incipit moueri ad aliquid prosequendum propter species reseruatas in eius memoria ⁊ isto modo animal dicitur moueri ex se. ¶ Quarto modo aliquid dicitur moueri ex se quod mouetur a principio intrinseco: licet quo ad hoc non indigeat motore extrinseco. s. q̃ incipiat illum motum. ¶ Et est sciendum q̃ in proposito: deus siue prima causa nō dz reputari pro motore exstrinseco. ¶ Tūc sit prima conclusio accipiendo moueri ex se primo modo: nec celum: nec graue inanimatum: nec animal mouetur ex se: probatur primo de graui animato: ⁊ de graui inanimato in quolibet istorum est materia: que nō mouet: cum nullius sit actiuitatis: ⁊ per consequens in neutro istorum duorum: quelibet pars mouet: quod tamen requiritur ad hoc q̃ moueretur ex se primo modo. Deinde probatur hoc idem de celo: qr in celo est motor ⁊ motum. s. orbis. Modo licet motor moueat orbem: tamen orbis nō mouet motorem: propter hoc q̃ motor est immobilis. ¶ Secunda conclusio accipiendo moueri secundo modo graue inanimatum non mouetur ex se: probat: nam ad hoc q̃ moueatur indiget alio ⁊ a suo motore ītrinseo: ⁊ similiter a suo motu intrinseco: ad hoc enim q̃ incipiat moueri indiget extrinseco motore: sicut dicebat in questione precedenti: ⁊ adhuc dicitur. ¶ Tertia conclusio graue inanimatum non mouetur ex se tertio modo: probatur: quia non potest incipere motum suū absq̃z hoc q̃ non oportet concurrere motorem extrinsecuz: probatur: nam graue quando incipit de nouo moueri: vel hoc est violēter: vel naturaliter: si violenter oportet extrinsecum concurrere: si naturaliter: tunc vel incipit esse graue: vel prius fuit graue: licet prius non mouebatur: si primum tunc indiget extrinseco. s. generante ipsum: si secundum: tunc indiget remouente prohibens: ⁊ sic iterab extrinseco ¶ Quarta conclusio accipiendo moueri ex se quarto modo: graue inanimatum mouetur ex se: probatur: quia ab aliquo intrinseco sibi concurrente ad suū motum in genere cause efficientis.

Quantum ad secundū sit prima conclusio: graue inanimatum: non per totum suum motum quando descendit mouetur a suo generante: probatur: nam posito q̃ quum illud graue est in medio sui motus: q̃ generans quod generauit: ipsum multum distet ab eo: ⁊ cum mouens: ⁊ motum debeant esse simul: sequitur q̃ tunc non mouetur ab ipso. Et cōfirmatur: nam possibile est q̃ generans sit corruptum ⁊ annihilatum: sed corruptuz ⁊ annihilatuz nihil mouet. ¶ Secūda conclusio: graue inanimatum: non per totuz suum motum mouetur a remouente: prohibens quando mouetur naturaliter: probatur: nam sicut iaz probat de generante possibile est de remouēte prohibens q̃ multum distet a graui inanimato quuz est in medio sui motus: ⁊ est possibile q̃ illud remouens prohibens sit iam coruptum. ¶ Auctoritates autem Aristotelis. ⁊ cōmentatoris si alique sint in oppositum: sunt glosande ad istum sensum q̃ bene generans: remouens: prohibēs cōcurrunt ad hoc: ⁊ requiruntur ad hoc q̃ graue incipiat moueri. licet nō oportet ea esse continue: ad hoc q̃ ipsuz graue motum suum motum compleat. ¶ Tertia conclusio graue descendendo nō mouetur naturaliter a suo loco naturali: probatur: nam si locus eius naturalis moueret ipsum deorsum: vel hoc esset trahendo: vel hoc eēt aliquam virtutem sibi imprimendo: mediante qua descenderet: non potest dici primum: nam tunc graue non descenderet naturaliter: sed violenter propter hoc motꝰ tractus est motus violentus: nam tunc oportet q̃ locus

nālis eius attingeret ipm graue pp hoc q̃ in motu tract⁹ oportet trahens attingere tractum. Sed clarū est q̃ quū graue sit multum sursum: ⁊ descendit non attingitur a suo loco naturali. Nec potest dici secundum: scilicet q̃ locus naturalis imprimat aliquam virtutem ⁊ qualitatē ipsi graui: mediante qua descendit sicut magnes imprimit quandam virtutē ferro mediante qua mouetur ad ipsum: naz sic tunc sequeretur q̃ quanto graue esset propinquius suo loco naturali: q̃ tanto velocius deberet moueri: propter hoc q̃ haberet illam virtutē intensiorē: sed hoc est falsum: quod ostendo: nam sit aliquis bene prope terram in .a. instanti dimittat cadere vnuz lapidez ⁊ sit vnus lapis equalis grauitatis: qui diu ante descendit vsqz ad .a. instans ad illum terminum a quo incipit descendere ille lapis qui erat prope terram: tunc clarum est ad sensuz: q̃ ille lapis: qui ante descendebat velocius descendit non obstante q̃ est eque propinquius: vel minus suo loco naturali. ¶ Sed aliquis dubitaret: naz videmus q̃ graue mouetur velocius: circa finez sui motus q̃z circa principium. sed circa finez est propinquius loco suo naturali. videtur q̃ locus eius naturalis imprimit sibi aliquaz virtutē: qua tunc mouetur velocius. ¶ Respondetur q̃ causa huius non est: q̃ locus eius naturalis imprimat sibi aliquam virtutem: sed hoc est propter quendam impetum: seu propter quandam qualitatem accidentalē que sibi acquiritur in descendendo que vna cū grauitate eēntiali i fine mouet velocī⁹ q̃z grauitas eēntialis in principio sola mouebat. ¶ Quarta ꝛclusio graue descendendo non mouetur a medio: probatur ex eo q̃ medium maius impedit ⁊ resistit sibi. ¶ Quinta conclusio: secundum q̃ cōmuniter tenetur graue mouetur naturaliter a sua forma substātiali principaliter: ⁊ a sua grauitate instrumentaliter: potest probari ex conclusionibus precedentibus a sufficienti diuisione: nam vel mouetur a generante vel a remouente prohibens: vel a suo loco naturali: vel a medio: vel a sua forma substantiali vna cum grauitate: non potest dici primū per primaz conclusionem: nec secundum per secundam: nec tertium per tertiam: nec quartū per quartā. relinquitur ergo q̃ quintū ⁊ hec est conclusio probanda. ¶ Rationes vadant ad vicuzvatū ad sanctū Jacobū. consimili modo dicat de leui suo modo. sicut dictum est de graui.

Tex. cōmenti. xxxij.

¶ Qm autez potentia esse multipliciter dicitur ⁊c. Q. ō. vij.

Queritur septimo vtrū graue post remotionem prohibentis moueatur per se: ⁊ arguitur primo q̃ non: naz dicit Commentator tertio celi q̃ ipsum mouetur ad motum medij. ⁊ ideo videtur moueri per accidēs recte: sicut homo existens in naui qui mouetur ad motū nauis: ⁊ mouetur per accidens. ¶ Secundo si per se tunc moueri in esset sibi ratione alicuius sue partis essentialis: sed hoc non: quia non conuenit sibi ille motus ratione materie: nec ratione forme: non ratione materie: quia materia non mouet: cum sit ens in pura potentia: ⁊ motus non conuenit nisi enti in actu. nec conuenit etiam sibi ratione forme: nam ratione forme mouet: ergo videtur q̃ non moueatur: aliter enim idem esset mouens ⁊ motuz, ⁊ moueret seipsum: ⁊ moueretur a seipso. ¶ Tertio qd̄ non habet per se resistentiā non mouetur per se: sed non omne graue post remotionē prohibentis habet per se resistentiam: sicut graue motum in vacuo si esset. ¶ Quarto quod est per se psupponit de omni modo graue mouetur deorsum post remotionē prohibentis: sicut patet de terra iam existente in loco suo naturali: que non mouetur: ⁊ tamen est post remotionem prohibentis quum erat sursum: supposito q̃ ante vnū annū fuit detenta sursum: ⁊ ante dimidium illud prohibens fuisset remotuz. ¶ Quinto si per se: vel per se primo modo. vel per se secundo modo. sed nullum istarū: ergo ⁊c. non enim primo modo: ex eo q̃ primus modus dicēdi per se est quādo predicatum est quidditatiuum ex naturali subiecto: modo sic non est hic. dicendo graue mouetur deorsum: ex eo q̃ moueri deorsum contingenter inest graui nec predicabile de graui in quid. nec potest dici q̃ in secundo modo dicendi per se: nam secundus modus dicendi per se est quando subiectum ponitur in diffinitione predicati: modo sic non est in ꝓposito. in diffinitione motus non ponitur iste terminus graue. ¶ Sexto auctoritate Cōmentatoris quarto celi dicētis q̃ si graue sit superius propter impedimentum detentuz forma eius post remotionez impedimenti mouet ipsum per accidens: ⁊ per consequens nō per se. quare ⁊c.

In oppositum arguit q: graue post remotionē ꝓhibentis mouet nāliter deorsuz: ergo p suā nām ⁊ per suā essentiā: ⁊ per ꝓsis per se. ¶ 2° oē per accidens reducendū est ad aliqd̄ per se: sicut est hō existēs in naui mera mouet p accēs ⁊ reducitur ad aliqd̄ p se: qd̄ mouet ad motū ipsius nauis: qui est mot⁹ per se. mō in motu grauis deorsuz eēt aliqd̄ per se. ad qd̄ reduceret si ipm moueret per accēs. ¶ 3° auctē Cōmen. 3° celi dicentis motū grauis deorsuz eē primo ⁊ essentialiter a forma moti: sed cū prius: ⁊ essentiale sit per se: sequitur istū motū esse per se. ¶ Ad istā conclusionem respondendum est naturaliter loquendo. ¶ 2° respondendum est logice.

Quantum ad primū sciēdū: q̃ loquēdo nāliter illud dī alicui ꝓuenire per se: qd̄ cōuenit sibi per suā nām: que quidē nā. est mā vel forma: ⁊ illud dī magis ꝓuenire per se qd̄ ꝓuenit sibi per formaz: q̃z quod conuenit sibi per mteriā: ꝓpter hoc q̃ forma est principalior q̃z mā. ꝓm q̃ viiuz est prius. ¶ Tunc sit prima cōclusio: graue post remotionē ꝓhibentis mouetur per se deorsum: probatur ex eo. q̃ talis motus conuenit sibi per suam naturam. ꝗ. forma: ergo ⁊c. ¶ 2ª conclusio: si accipitur per se: idest solitarie graue post remotionem prohibentis non mouetur per se: probatur ex eo q̃ graue non pōt moueri nisi diuidat medium. ergo vna cum hoc graue mouetur: mediū mouet. ergo non potest moueri sine indigētia alicuius moti: ideo non dicit moueri per se: idest solitarie.

Quantum ad secundū sit prima ꝓclusio: hec nō est p se graue mouet deorsuz: ꝓbat q: nō est necessaria: ꝗ ꝓtingēs sicut ꝓtingens est q̃ aliqd̄ graue sit sursum. ¶ 2ª ꝓclusio hec est per se graue est mobile deorsum: ꝓ q: est necessaria. ¶ 3ª ꝓclusio hec est per se graue si est sursum nō impeditū mouet dorsuz: ꝓ per idem medium: quia necessaria.

Ad rationes ergo principales dico ad primā q̃ non est simile de graui moto ad motum medij: ⁊ de homine moto ad motum nauis propter hoc q̃ homo cum naui mouetur: sed graue nō mouetur cum medio: sed mouetur per medium. ⁊ cum graue mouetur per medium: medium diuiditur ⁊ etiā mouetur. ¶ Ad secundam potest concedi q̃ forma moueret ⁊ moueretur: nec est impossibile: ⁊ idem moueri ⁊ mouere quando concurrit ad motuz vel mobile. ¶ Ad tertiam illa bene probat q̃ non mouet per se. i. solitarie fine indigentia

sine indigentia alterius moti: ⁊ hoc conceditur. erat enim vna conclusio. ¶ Ad quartam illa bene probat illam non esse per se graue mouetur deorsum: bene cõceditur hoc: erat enim vna conclusio nihilominus hec est bene per se graue est mobile deorsum ⁊ quum arguebatur in primo: vel secundo modo dicendi per se dico q̃ in secũdo modo: ⁊ quum dicebatur tunc subiectum debet poni in diffinitione predicati: verum est ipsum vel aliquid eius positum in diffinitione eius: ⁊ ideo quia corpus in diffinitione grauis ⁊c. dico q̃ ly graue vel ly corpus ponitur in diffinitione ly moueri deorsum. ¶ Ad quintam per se presupponit de omni ista: iterum probat predictã propositionem non esse per se graue mouetur deorsum: ⁊ hoc conceditur. ¶ Ad auctoritatem commentatoris dico q̃ per illam auctoritatem bene habetur hanc propositionem esse per accidens graue mouetur deorsum ⁊ hoc conceditur vt dictum est.

Questio. viij.

Queritur octauo vtrum primꝰ motor sit immobilis: ⁊ arguitur q̃ non: nam sicut est in minori mũdo ita videtur esse in maiori: sed in minori mundo puta in homine primus motor non est omnino immobilis: est enim mobilis per accidens qui quidem primus motor in homine est anima mouens: ergo etiam sic erit in maiori mundo. ¶ Secundo naꝫ primus motor est intrinsecus p̃mo mobili: vel extrinsecus: si dicatur q̃ intrinsecus tunc nõ omino immobilis: nam tunc est mobilis ad motum eius in quo est: si autem dicatur q̃ extrinsecus hoc non valet propter hoc q̃ tunc motus primi mobilis non esset naturalis: sed violentus: consequentia tenet ex eo q̃ motus naturalis est qui est a motore intrinseco: violentus autẽ qui est ab extrinseco. ¶ Tertio primus motor potest mouere se: ergo non omnino immobilis: consequẽtia tenet: antecedens probatur: naꝫ primus motor est omnipotẽs: ergo omnia potest ergo ⁊ mouere se. ¶ Quarto primus motor mouet per intellectuꝫ ⁊ voluntatem: sicut patet per Ar. in secundo metaphysice. sed intellectus ⁊ voluntas mouetur ab intelligibili ⁊ appetibili: ergo. Tex. cõ. 36.

In oppositum vult Aristoteles in isto octauo vbi probat primum mouens esse immobile: Breuiter ad istam questionem pono vnicam conclusionem: que est q̃ primus motor est omnino immobilis: probatur: primo quia nõ est necesse omne mouẽs moueri: ergo primuꝫ mouens non mouetur: consequentia tenet ex eo q̃ in quolibet genere debet esse simplicissimuꝫ: ⁊ maxime absolutuꝫ ab omni quod non est de necessitate illius generis. si enim moueri nõ est necessariũ mouenti ad hoc q̃ moueat: sequitur q̃ moueri debet remoueri a primo motore: antecedens patet naꝫ non est ei necessariuꝫ ad hoc q̃ aqua frigefaciat q̃ ipsa frigefiat nec est necessariũ ad hoc q̃ medicus sanet: q̃ ipse sanetur: ⁊ sic de multis alijs motibus. ¶ Secundo si primus motor mouetur vel ergo a se vel ab alio: si diceretur q̃ ab alio tunc non esset primus motor: nec potest dici q̃ a se: naꝫ hoc esset isto modo q̃ secunduꝫ idem moueret: ⁊ secunduꝫ idem moueretur: vel ꝫ vnaꝫ partem moueret: ⁊ secunduꝫ aliam moueretur. non potest dici primuꝫ ex eo q̃ tunc idem esset in actu ⁊ in potentia: nec potest dici secundum propter hoc q̃ primus motor est indiuisibilis sicut probatur in vltimo capitulo huius octaui ⁊ ex alio etiam quia tunc ista pars que moueret aliaꝫ magis deberet dici primus motor ex eo q̃ ipsa non moueretur sed moueret. ¶ Tertio ad idem: naꝫ reperitur motum non mouens: ergo etiam debet reperiri mouens non motuꝫ: Tex. 2. 44

sed sic tanꝫ is maxime debet esse primus motor: antecedens patet de materia prima: que mouetur ⁊ non mouet cuꝫ nullius sit actiuitatis: ⁊ maxime passiuitatis: ⁊ consequentia probatur per istam regulaꝫ: quando cunq̃ duo reperiuntur coniuncta si vnuꝫ eorum est reperibile sine alio: ⁊ aliud sine eo: sicut Commentator declarat de intellecto: sed alicubi simul reperiuntur mouens ⁊ motum: nam aliqua sunt que mouentur ⁊ mouent: si ergo reperitur motum ⁊ non mouens: etiam debet reperiri mouens non motum: sed de ista regula dubitatur: naꝫ substantia ⁊ accidens reperiuntur simul: ⁊ substantia reperitur sine accidente: ⁊ tamen accidens nõ reperitur sine substãtia. ¶ Ad hoc respondetur q̃ regula debet intelligi quãdo aliqua duo reperiuntur coniuncta: ⁊ vnuꝫ illorum reperiatur sine alio supple. de quo tamen minus videtur: tunc reliquũ est reperibile sine alio: modo minus videtur motum non mouens reperiri sine mouente non moto: cum ipsum sit posterius: ⁊ mouens non motum prius: ⁊ tamen reperitur sine eo: ergo concluditur q̃ mouens non motum etiam reperiunt. sed tunc quando dicebatur de substantia ⁊ accidente: dico q̃ de accidente minus videtur q̃ possit reperiri sine substantia: ergo bene concluditur q̃ si possit reperiri sine ea q̃ substantia possit reperiri sine accidente: sed per substantiam reperiri sine accidente non debet concludi accidẽs reperiri sine substantia propter hoc q̃ hoc non minus sed magis videtur de substantia. ¶ Quarto mouens primuꝫ debet mouere perpetue ⁊ vniformiter: ergo debet esse mouens nõ motum: antecedens patet ex eo q̃ motus diurnus qui prouenit a primo motore apparet perpetuus ⁊ vniformis: consequentia tenet ex eo q̃ si primus mouens moueretur q̃ continue haberet se aliter ⁊ aliter sic non potest moueri vniformiter sed vno modo sic ⁊ postea aliter sicut videmus de celo propter hoc q̃ continue mouetur ⁊ continue se habet aliter ⁊ aliter ad ista inferiora que cõtinue producuntur medietate alij ⁊ alij effectus in istis inferioribus: sed dubitatur hic de hoc quod dicitur q̃ motus diurnus sit vniformis quo mouetur mobile. Contra: iste motus non est vniformis cuius aliqui partes mouent velocius ⁊ aliqui tardius. Sed ita est de motu diurno. nã motu diurno mouet primũ mobile: ⁊ alij orbes cũ eo: sed partes eius que sunt circa polos mouentur tardius: ⁊ que sunt circa equinoctialẽ mouent velocius. ¶ Rñdet distinguendo de vniformitate motus q̃ motus põt dici vniformis quantuꝫ ad ptes subiecti vel quãtũ ad ptes tpis: ille dicit vniformis quãtũ ad ptes subiecti: qui sic se hꝫ q̃ oẽs partes sui mobilis eq̃li velocitate mouent. ille autẽ dicit vniformis quo ad ptes tpis qui sic se hꝫ q̃ quacũq̃ parte data sui mobilis in eq̃lib⁹ partibus tpis equale spaciũ describit. tũc ad ꝓpositum dico q̃ motus diurnus bñ est informis quo ad ptes tpis: lꝫ sit diffoꝛmis quo ad partes subiecti. ¶ Quinto primꝰ motor est indiuisibilis: ergo primus motor est omino imutabilis: antecedens pꝫ in isto octauo. ꝓnntia patet ex eo q̃ indiuisibile nõ põt moueri saltẽ ex eo: naꝫ oporteret vnam eius ptẽ esse mouentẽ ⁊ aliã motaꝫ. sed si primus motor eẽt mobilis oporteret q̃ moueret a se. aliter enim non esset primus. ¶ 6° illud qõ mouet aliq̃ pfectione caret ad quã tendit per suũ motũ: sed primꝰ motor nulla pfectione caret cũ sit pfectissimus: ergo. ¶ 7° oẽ qõ mouet permiscet aliqua potentia cũ motus sit actus entis in potentia. 3° huius. sed primo motori nulla permiscetur potentia: cũ sit actus purus 12° metaphysice: ergo. Tex. cõ. 6.

Ad rationes ad primam dico: q̃ non est simile de p̃mo motore ⁊ minori mũdo ⁊ de primo motore ⁊ maiori mundo: naꝫ p̃mus mo-

tor in minori mundo non est simpliciter primus. in maiori autem est simpliciter primus: ⁊ igitur non est mirũ: si primus motor in minori mũdo non est simpliciter primus. In maiori autem est simpliciter primus: ⁊ igit nõ est mirum: si primus motor in minori mundo est equaliter mobilis: ⁊ primus motor in maiori mũdo nullo modo. ¶ Ad secundam dico: q primus motor est intrinsecus suo mobili: ⁊ non per intrinsecam: sed per indistantiam ⁊ presentiam ⁊ hoc sufficit ad hoc q eius motus sit naturalis. ¶ Ad tertiam primus motor potest mouere se: nego: nam hoc est impossibile: ⁊ quando dicebatur p̃mus motor est omnipotens: idest omnia possibilia potens cum hoc tamen stat: q non possit impossibile absq; hoc q tolatur eius impotentia. ¶ Ad vltimam intelligitur hoc de intellectu ⁊ voluntate: que intelligit intellectione sibi superaddita: qualiter nõ est de p̃mo motore.

¶ Tex. cõmẽti. lv.

¶ Tribus autem existentib' motib' ⁊c.

Questio. ix.

Queritur nono vtruz motus localis sit primus motuum: ⁊ arguitur q non: naz ambulatio est motus localis: ⁊ tamen non est primus motuum: videmus enim q oportet animal prius generari ⁊: prius nutriri q̃z ipsum ambulet: ex quo videtur q alij motus sunt priores sicut augmentatio ⁊ nutritio. ¶ Secũdo arguitur de motib' ipsius grauis q motus eius localis non est primus: naz vel hoc esset motus eius localis naturalis vel violentus nullum istorum. ergo non violentus: quia oportet graue prius generari q̃z ipsum moueri violenter: ⁊ similiter argueret de motu eius naturali. ¶ Tertio sicut se habet terminus vnius motus ad terminum alterius motus: ita se habet talis motus ad talem motum. Sed modo ita est: q terminus generationis est prior q̃z termin' motus localis. ergo generatio precedit motum localem: maior est nota: minor probatur: nam terminus generationis est substantia. s. forma substantialis. Termin' autem motus localis est accidens: modo substantia est prior accidẽte. ¶ Quarto qualitates actiue sunt pores qualitatibus motiuis: ergo videtur motuz alterationis precedere motum localem: antecedens patet: naz alteratiue sunt actiue sicut caliditas ⁊ frigiditas: qualitates autem motiue sunt: grauitas ⁊ leuitas: sed ille qualitates caliditas ⁊ frigiditas: ex quo sunt prime qualitates sunt priores istis: q̃ sunt grauitas ⁊ leuitas. ¶ Quinto illa mutatio est prior: que est perfectior: sed ita est de generatione: propter hoc q est ad formam substantialem. ergo ⁊c.

Tex. cõ. 55. In oppositum est Aristoteles. i istoctauo: vbi dicit ⁊ probat motuz localem esse primum. ¶ In ista questione primo ponenda est vna distinctio deinde conclusiones. Distinctio est ista: q aliquid dicitur esse prius alio tripliciter: tempore natura: ⁊ perfectione. ¶ Tunc sit prima cõclusio motus localis est primus omnibis alijs motibus. fm tempus: hoc patet de motu celi: qui est mot' localis ⁊ est ppetuus sicut vult ⁊ nititur probare Aristoteles. in isto octauo: ⁊ alij motus inceperunt: ⁊ per ꝓsequens omnes alios motus precessit motus localis celi cum ista conclusione. que est indefinita: stat q motus localis nõ est prior omnib' alijs motibus: patet de motu locali animalis: sicut est p̃gressio: natatio: volatio. ¶ Secunda conclusio: q motus localis est prior alijs motibus fm naturaz: probatur ex eo q motus localis potest reperiri ⁊ reperitur de facto sine alijs motibus: sicut patet de motu locali celi qui reperitur in celo: vbi non reperitur augmentatio nec generatio nec alteratio: alij autez motus non possunt reperiri sine motu locali. Alteratio enim nõ potest reperiri sine motu locali: quia nec potest fieri nisi alterans applicetur alterabili ⁊ ad hoc requiritur motus localis: ⁊ similiter de generatione que etiaz non potest fieri nisi generans applicetur illi ex quo debet fieri generatio: ⁊ similiter etiaz augmentatio non fit sine motu locali. modo illud eẽ prius dicitur alio secunduz naturam q potest esse sine eo ⁊ non econtra. ¶ Tertia conclusio motus localis est prior alijs motibus secunduz perfectionez ⁊ hoc denominatione extrinseca: ista conclusio patet tam ex parte temporis: q̃z ex parte mouentis. ex parte temporis: quia est diuturnior alijs motibus postquã est perpetuus ⁊ alia nõ. hoc patet etiaz ex parte motoris quia motus celi prouenit ex parte motoris perfectissimi scilicet ab ipso deo seu a prima causa: patet etiaz ex parte mobilis: naz primuz mobile in quo reperitur motus localis: alijs mobilibus est perfectissimuz. ¶ Quarta conclusio in istis in quibus reperiuntur alij motus a motu locali: adhuc motus localis est perfectior: quia posterius generatione: est prius perfectione: sed in illis motus localis est posterior generatione: patet hoc in animali quod prius oportet generari deinde nutriri ⁊ augeri eũdo de minus perfecto ad maius perfectum: ⁊ non potest moueri localiter eundo huc illuc. ¶ Sz dubitatur de hoc quod dicebat q ẽ posterius generatione: est prius perfectione: Contra naz diminutio est posterior augmentatione ⁊ similiter senect' q̃z iuuentus: ⁊ tamen huiusmodi non sunt priora in perfectione. Breuiter dicit q predicta maior debet intelligi in eundo ad statum perfectuz: sed non in eundo ad statuz imperfectuz sicut eundo ab augmentatione ad dõminutionem: seu a iuuentute ad senectutem. ¶ Adhuc dubitatur de predicta maiori: nam anima prius est generatione q̃z scientia ⁊ non propter hoc scientia est prior in perfectione. dicendum q predicta maior nõ intelligitur cõparando formaz ad formam: sed totum aggregatum ad totum aggregatum: ita q aggregatum ex priori secundum generationem ⁊ posteriori secunduz generationez est prius secunduz perfectionem q̃z fit soluz illud quod est prius secunduz generationem. ⁊ ideo licet scientia nõ sit prius secundum perfectionez: tamen aggregatuz totale ex anima ⁊ scientia est prius secunduz perfectionem q̃z fit anima solum. ¶ Secundo ille motus est perfectior' qui reperitur in animalibus perfectis: ⁊ nõ in imperfectis: sed ita est de motu locali: q non reperitur in omnibus animalibus: sed soluz in perfectis. Animalia enim que non sunt localiter mobilia: sicut sunt animalia petris: sunt alijs valde imperfecta. ¶ Tertio ille motus est perfectior alijs: qui nihil abijcit de substantia rei. Alij autem aliquid abijciunt. sed sic est de motu locali respectu aliorũ motuum. vnde alijs motibus aliquid abijcitur: motu autem locali nihil. sicut patet de celo: qõ mouetur localiter continue absq; hoc q aliquid remoueatur de substantia eius.

Ad rationes principales: ad primam dico: q ista probat q in animalibus motus localis non est prior secunduz tempus: licet sit bene prior secundum perfectionem. ¶ Ad secundam dico: q bene probat q motus localis grauium ⁊ leuium non est primus motuuz. cum quo tamen stat: q motus localis scilicet celi sit primus motuum. ¶ Ad tertiaz sicut se hz ⁊c. dico q generatio denominatione intrinseca: quaz habet a termino eius: est prior perfectione. cum quo tamen stat: q motus localis denominatõe extrinseca: quã habet a

habet a motore 7 tempore: est prior secūdū perfectionez. ¶ Et consimili modo ad qntaz. ¶ Ad quartā dico q̃ p illam rationem non conuincitur quin adhuc motus localis sit bene prior propter hoc q̃ non omnis motus localis prouenit ab istis q̃litatibus motiuis localiter: que sunt grauitas leuitas: vnde motus localis celi non prouenit ex illis: quia celum non est graue: nec leue: sicut patet per omnes de tuscia.

¶ Tex. cōmēti. lxxviij.

¶ Quod autem necesse est impartibile esse 7c. Qō. x.

Vtrum possibile sit mouens finitū mouere per tempus infinitum: 7 arguitur primo q̃ sic: nam corpora celestia sunt virtutis finite: 7 tamen secundum Aristotelem per tempus infinitū mouent ista inferiora: ergo. ¶ Secundo motor lune est finitus: 7 tamen mouet suum orbem per tēpus infinitum. ¶ Tertio virtus motiua sor. localiter est finita: 7 tamen posito q̃ ppetuo moueret nec aucta nec diminuta posset mouere per tempus infinituz.

In oppositum vult Aristoteles in isto octauo: qui nititur probare 7 demonstrare illam quod conclusionem mouens finitum non potest mouere per tempus infinitum: 7 supponit primo pro sua demonstratione q̃ a. sit mouens finitum: 7 b. sit mobile: q̃ etiam oportet esse finitum postq̃z mouetur ab. a. motore finito. aliter enizz non excederetur ab eo: 7 per consequens non moueretur ab eo. ¶ Scōdo supponit q̃ medietas. a. motoris mouet medietatem. b. mobilis per minus tempus. licet equali velocitate q̃ totum. a. moueat totum b. nam medietas ipsius. a. excedit medietatem ipsius. b. minori excessu q̃z totum. a. excedit totum. b. 7 per consequens medietas ipsius. a. citius fatigatur in mouendo q̃z totale. a. 7 per consequens medietas ipsius. a. citius fatigatur: q̃z totum. a. ergo mouet per minus tempus. ¶ Tertio supponit q̃ tempus per qd. a. mouet. b. fit. c. 7 per tempus per quod medietas. a. mouet medietatem. b. fit. d. Istis suppositis arguitur sic medietas. a. mouet medietatez. b. in tempore. d. 7 totū. a. mouet totum. b. in tempore. c. per tertiam suppositionez: sed tempus. d. per quod medietas mouet medietatez est minus q̃z tempus. c. per quod totum. a. mouet totuz. b. per tertiam suppositionem: ergo. d. tempus est finitum propter hoc q̃ fine. c. sit finitum siue infinituz: si. d. est minus sequitur q̃ est finitum. nam omne minus finito est finitum: similiter omne minus infinito est finitum: ex eo q̃ vnum infinituz non est maius alio: tūc vltra tempus. d. per quod vna medietas. a. mouet vnam medietatez: est finitum: ergo etiam tempus per quod alia medietas ipsius. a. mouet aliaz medietatem ipsius. b. est finitū: 7 sic tūc ex duobus temporibus finitis: non cōponitur tempus infinitum: sequitur ergo q̃ totuz tempus per quod totum. a. mouet totuz. b. fit finituz: postquā componit precise ex duobus finitis in quibus due medietates ipsius a. mouet duas medietates ipsius. b. ¶ Ad intelligendū melius conclusionem quaz Aristoteles monstrat pono vnam distinctionez. secundo conclusionem.

Quantum ad primū sit ista distinctio q̃ aliqua dicūtur finita vel infinita tripliciter vno modo duratione vt generabilia 7 corruptibilia dicuntur finita duratione. Secundo aliquid dicitur infinitum in virtute 7 hoc dupliciter scilicet intensiue: 7 extensiue 7 per oppositum aliquid dicitur finitum in virtute. Tertio modo aliquid dicitur esse infinituz improprie quod habet virtutem que nec est finita proprie intēsiue nec infinita: nec etiaz extensiue nec significabilis per numeros: nec comparabilis per proportionem.

Quantum ad secunduz sit prima conclusio: nullo modo mouens finituz in duratione potest mouere per tempus infinitum: probatur: nam quādiu aliquid debet mouere: tam diu oportet ipsuz eē: 7 per consequens cuz non sit per tempus infinitum non potest mouere per tempus infinitum. ¶ Secunda conclusio nullus motor celi est finitus vel infinitus intēsiue modo predicto: probatur quia nullus motor celi mouet cum resistentia: ergo nullus eorum indiget conatu aut virtute significabili per numores 7 comparabili resistentie. nec est infinitus intensiue propter hoc q̃ mouet velocitate finita: ita q̃ sequitur quia motores celestes nō mouent cum resistentia: ergo non oportet ea esse tāte: vel tāte virtutis signate: quia adhuc si daretur minor mot⁹ sufficienter moueret mobile non resistens: vnde minor virtus: q̃z sit virtus vnius musce si applicaretur mobili nō resistenti moueret ipsum: ergo. ¶ Secundo omnis motor celestis est indiuisibilis sicut octauo huius probatuz est: ergo nullus eorum est finitus: vel infinitus intensiue: consequentia tenet ex eo q̃ indiuisibile proprie: nec ē finitum nec infinituz. ¶ Tertia conclusio: nisi ita esset motor celestis non posset mouere in virtute propria non excludendo primuz motorem tempore infinito: probatur: nam omnis virtus motiua localiter cum resistentia fatigatur in mouendo: sed per talez fatigationez tandē motus retardaretur vsqz ad non graduz 7 sic tunc non moueret. ¶ Quarta cōclusio oportet q̃ motores celestes sint infiniti in duratione: patet hoc quia mouent per tēpus infinituz. sed tales oportet esse infinitos in duratiōe. similiter q̃ omnis motor celestis dicitur sic infinitus q̃ ē intransmutabilis applicatur suo mobili: 7 ppter hoc per suam virtutem quaz simul habet: potest habere per tēpus infinituz. Pro intellectu ergo conclusionis quā demonstrat Aristoteles dico q̃ sua conclusio intelligitur q̃ nullum mouens finitum cuius potentia 7 virtus est significabilis per numeros 7 comparabilis ſm aliquam proportionem resistentie sui mobilis: potest mouere illud mobile per tempus infinituz: 7 hoc totū est propter hoc q̃ tale mouens est fatigabile: nihilominus si est aliquod mouens infinitum in duratione: licet non sit infinituz in vigore mouens aliquod mobile sibi non resistēs vel applicatum intransmutabiliter alicui mobili q̃ quidaz est mouens: 7 est intransmutabile in sua virtute. hoc autez potest mouere per tempus infinitum: qualiter se habent motores celestes. 7 similiter se haberet virt⁹ motiua sortis: si perpetuo maneret non aucta nec diminuta 7 ſm hoc rationes sunt solute.

¶ Tex. cōmēti. lxxix.

¶ Quod autez infinita omnino magnitudine non contingit infinitam eē potentiam 7c. Qō. xj.

Nunc queritur vtrum virtus infinita possit esse in magnitudine finita: 7 arguit primo q̃ sic: naz celum est magnitudo finita: 7 tamen in ipso est virtus infinita: ergo prima pars antecedentis patet sed secūda probatur: naz in illo quod diutius durat est maior virtus: ergo in illo quod infinite durat est infinita virtus. sed celum infinite durat: quia per tempus infinitū: ergo videtur q̃ in ipo sit virtus infinita. ¶ Scōdo in aliquo graui puta. a. non est minor virtus q̃z si distaret a cētro mundi

per spacium infinitum:sed tunc in eo esset virtus infinita:probatur quia tunc in descendēdo velocitaret motuz suum in infinitum ex alio:nam per auctoritatē de ponderibus graue quanto plus distat a centro est grauius ſm situm. ¶ Tertio tota massa materie prime est magnitudo finita z tamen in ea est metus infinita, est enim infinite passinitatis:sicut dictuz est. ¶ Quarto probatur q̃ saltem non implicat contradictionē q̃ in aliqua magnitudine finita sit virtus infinita:nam si in aliqua pte proportionabili alicuius ligni esset aliqua virtus z in secūda parte proportionabili dupla z in tertia tripla z sic vltra in illo ligno esset virtus infinita scilicet virtus aggregata ex oibus istis virtutibus in numero infinita quarum quelibet est tanta vel maior aliqua certa data:ergo tale est infinitum in virtute zē.

Tex.cō.28. z.29. **In oppositum** vult Aristoteles in isto 8°: qui nititur pbare istas duas conclusiones.prima est q̃ in magnitudine finita nō potest esse virtus infinita.secunda conclusio q̃ in magnitudine infinita non potest esse virtus finita. ¶ Ad pbandum primam presupponit q̃ omnis motus fit in tēpore. ¶ Secundo supponit q̃ maior virtus mouet idē mobile minori:tempore q̃z minor virtus:his suppositis arguit sic si in magnitudine finita posset esse virtus infinita sequeretur q̃ virtus finita posset idē mobile equali tempore mouere:z in equali velocitate sicut virtus infinita moueret idem mobile.hoc est contra secundam suppositionem:probatur consequentia:nam sit per aduersariū virtus infinita existens in magnitudine finita.a.z sit virtus finita.b.z sit suum mobile.c.tunc.a. mouet.c.in minori tempore q̃z.b.sit ergo q̃ in duplo minori tempore tunc augeatur.b.ad duplum vel ad quadruplum:sic q̃ moueat in duplo minori tēpore q̃z prius mouebat:tūc tali augmentatione facta adhuc est finitum:sed tunc mouet idem mobile in equali tempore:in quo mouet virtꝰ infinita:ergo zē. ¶ Pro secūda conclusione supponit q̃ data magnitudine in minori eius parte est maior virtꝰ: ista suppposito arguit sic.si in magnitudine ifinita eēt virtus finita:sequeretur q̃ virtꝰ finita posset mouere in nō tempore:sed hoc est falsum:propter hoc q̃ omnis motꝰ fit in tempore z probatur consequentia:nam illa virtus potest mouere in non tempore:que potest mouere idez mobile plusquā aliqua virtus data vel dabilis:ſz sic eēt de virtute si esset in magnitudine ifinita:probatur hoc: nam quacunqz virtute data alicuius magnitudinis finite cum in maiori parte sit maior virtus in magnitudine infinita:potest capi aliqua eius pars in qua ē maior virtus virtute data:z cum virtus totalis magnitudinis infinite sit maior q̃z sit virtus alicuius sui partis:sequitur q̃ totalis virtus magnitudinis infinite est maior virtus q̃z sit aliqua virtus finita data vel dabilis: z per consequens posset mouere idem mobile velocius q̃z aliqua virtus data vel dabilis:z per consequens posset mouere in non tempore:z per consequens esset infinita: z per consequens virtus finita esset infinita: quod implicat. ¶ Circa predictas demonstrationes Alz.dubitatur contra hoc quod dicebatur:q̃ potentia infinita potest mouere idem mobile in equali tempore: equali velocitate. hoc negando dicerem enim primum motorem esse potētie infinite:z illum posse mouere primum mobile:quod tamen nulla potentia finita potest mouere. ¶ Secundo dubitatur contra hoc quod supponebatur q̃ quacunqz potentia finita data potest dari maior:aduersarius hoc negaret:nam diceret primuz motorem : vel vnum aliuz motorē circa primum esse potentie finite z tamen secūdū non posse augeri:ergo non est possibilis suppositio ista. ¶ Tertio dubitatur contra hoc quod dicebatur si eēt virtus infinita in magnitudine finita tunc motus fieret in non tempore. diceret aduersarius illud quod conuenit alicui per se nō aufertur ab eo propter aliud:sed motui conuenit per se q̃ in tempore fiat:ergo hoc non aufertur ab eo pp pōnē potentię infinite in magnitudine finita:z per cōsequens propter hanc positionem non sequit motum fieri in non tempore. ¶ Ad ista ad primam dubitationem respondet:q̃ q̃z̄uis potentia infinita posset mouere aliquod mobile quod nō posset mouere potētia finita:tamen illud mobile quod posset mouere potentia finita:posset mouere potentia infinita si esset.

Tex.cōmenti.lxv.

¶ Maxime autem manifestum est:q̃ impossibile est esse zc. Q.ō.xij.

Vtrum inter quoscunqz motus ifleros oporteat esse quietē mediam:z arguitur primo q̃ non:nā mouea tur vna faba sursum:z obuiet sibi vnus lapis molaris descēdens:tunc illa faba attingit lapidez molarem : vel cuz eo descendit absqz hoc q̃ prius quiescat:vel oportet eam prius quiescere:si dicatur primuz sequitur q̃ non inter quoscunqz motus reflexos est quies media.ſ.inter ascensum fabe z descensum eius:si autem dicatur q̃ oportet eaz prius gescere:sequitur q̃ ipsa detinebit secum illuz lapidez molarem sursum interim q̃ ipsa quiescit.modo hoc videtur inconueniens:ergo. ¶ Secundo quando vnus lapis pijcitur sursum tunc vel prius quiescit sursum:q̃z descēdat: vel econuerso sic descendit absqz hoc q̃ prius nc quieuit. si dicatur secundum tunc inter motus reflexos non est quies media:nec potest dici primum vt videtur ex ēo q̃ non videtur esse aliquod detinens illum lapidez sursuz ne descendat. ¶ Tertio nam videmus q̃ vna pila proijcitur super terra:tunc econuerso mouetur sursum: ergo prius quieuit super terram vel non. si secundum habetur propositum .si primuz hoc non valet vt videtur:naz si prius quiesceret apud terram antequaz ascenderet nō videtur vnde postea mouē sursum cū sit nāliter grauis.

In oppositū vult Alz. in isto 8° vbi hoc pbat q̃ super lineaz rectā p reflexionē non potest fieri vnus motus perpetuus postquam inter motus reflexos cadit quies media:non pōt fieri vnus motus ex motu qui est ante reflexionem z post:z probatur hoc ratione naz si inter motus reflexos:non esset ges media sequeretur q̃ motus contrarij essent adinuicez cōtinui:nam vnus posset sequi alium immediate scilicet motus sursum:z motus deorsum:eiusdem mobilis:sed verum est q̃ ista ratio faciliter solueretur:nam diceretur q̃ illi motus non essent continui: sed vnus motus imediate sequitur alium sicut contigui. ¶ 2° nam proijciatur vna faba humectata ad parietem tūc reflectitur a pariete:z paries inuenitur humectatus:vnde videtur illaz fabaz quieuisse per tempus. ¶ Circa istam questionem sit prima conclusio q̃ non necessario inter quoscūqz motus reflexos est quies temporalis:pro ista conclusione facit ratio adducta in pncipio de faba cui obuiet lapis molaris descendens. ¶ 2° nam sit vna musca que ascendat super aliquam lanceam quiescentem:tunc in quocunqz instanti illa potest incipere quiescere:in eodem potest illa lancea incipere descendere.p onamus ergo .a.instans in quo illa musca incipit quiescere.in eodem instanti illa lancea incipiat descendere.tunc musca continue ante ascendebat z sine medio post.a.descendebat:ergo inter ascendere ipsius musce in isto casu : z inter descendere non intercipit ges media tpalis:sed illi duo motus

sunt motus

in superficie videtur consentire Augustinꝰ super genesiz non tamen consentit huic etiam in parte cõsentit Origenes: qui (vt inquit sanctus Thomas contra genti.) ¶ Primus fuit qui dixit inter christiane religionis professores: q̃ anime ante corpora de nouo z non ab eterno fuerunt create: z in hoc platoni contradixit: z in corporibus tanquam in carceribus incluse propter penam originalis peccati. ¶ Hec opinio innumeros philosophos ad heremiticam vitam transire fecit vt dicit didimus in quadã epistola ad Alexandrum Macedonum regez. ¶ Post hos venit Auicen. cuius sermo (vt inquit commẽtator) semper fuit medius inter peripatheticos z loquentes textu commenti vigesimi secundi secundi physicorũ: qui voluit intellectiuam animam esse veram formam substantialem nostri corporis incipientem cum eo: z multiplicatione eius multiplicatam non tamen desinentem cum eo. sed separari: z intelligentie agenti coniungi. que si in corpore bene beateqz vixerit speculatiuasqz scientias in eo consecuta fuerit cum tunc a curis mundanis liberata sit tota ad intelligentiam conuertetur: que cum larga sit in dando formas illius luminibus replebitur: z tunc ipsam perfecte intelliget: z per ipsam alias intelligentias vsqz ad deum. Et hec erit illi felicitas: z vita sempiterna. Si vero male z vitiose: priuabitur lumine intelligentie: z percipiens se sic priuari: in eternum tristari non desinet: voluitqz vir iste intelligibiles species non causari in nobis a phantasmatibus virtute agentis intellectus nobis coniuncti: sed ista tantum disponere animam: voluit enim q̃ ex eo q̃ intellectus noster intueretur singularia in phantasmatibus: disponeretur vt conuertatur ad intelligentiam agentem z in omni tali conuersione recipit speciem vniuersalem: quam non ponit remanere in intellectu: quia in ipso secundum eum nõ est memoria sed in parte sensitiua tantum. Sed per illam acquiritur anime aptitudo vt ad intelligẽtiam agẽtem conuertatur: vnde adiscere secundum eum nihil aliud est quam aptitudinem acquirere intellectui vt ad intelligentiam agentem conuertatur: que cum completa fuerit tunc intelligit ipsam perfecte: z per eam alias intelligentias. Et sic felicitabitur anima in vita ista licet imperfecte quia perfecta est in separatione (vt dixi). ¶ Post hos inuenio inter peripatheticos clariores magnaz discordiam in opinione Aristotelis que fuerit. ¶ Alexãder vero Aphrodiseus cum ponat intellectum tum agentez tum possibilem sempiterna quedam entia: intellectiuaz animam non potest negare eternam esse. Q̃z intellectum agentem eternum ponat: patet ab Auerroi tertio de anima commento. 20. q̃ intellectus possibilis sit eternus apud eum: audies verba in suo de intellectu que sunt infrascripta. intellectus vero neqz intercedente corpore ea que sunt suscipit neqz potestas aut virtus corporis est: neqz prorsus aliquid eorum que actu sunt: neqz est aliquid quod potestatem vllaz habeat: sed eiusmodi endelechie atqz anime potestas: quedam est que species z intellectiones est nata suscipere. ¶ Et distinguit ipm a sensu q̃ virtus corporis sit. vnde opinat Alexãder q̃ in vna simplici sba aie sũt due potẽtie sempiterne: audias ṽba eiꝰ. Intellectꝰ actiuꝰ qdẽ est non solũ eni ꝓditor rez plurimaruz sed earz fabricator in ijsdẽ intelligẽdis efficit. nisi forte qspiaz intellectũ ob id passiuũ ꝓcedat q̃ suscipiendaz speciez vim retinet. suscipe eni idẽ videt esse q̃ pati. z hoc intellectui z sensui cõe est: vez qz vnaqueqz res: nõ ab eo q̃ cõe est ceteris: sed q̃ peculiare z ꝓpriũ est: deffinitionẽ capit. ꝓpriũ aũt itellectui ẽ vt actiuꝰ sit spẽruz: quas recipit ab actione potiꝰ deffiniẽdus est z est: sociꝰ nostri itellꝰ in ope qui ab extra est intellꝰ. vult ꝗ idẽ actiuũ z passiuuz esse q̃ nõ nisi de intellectiua aia intelligi potest. z cũ idez secundum idem non possit esse actiuum z passiuum vt omnes peripathetici cõfitent oportet in ea esse dictas potentias. De intellectu agente quod sempiternus sit audias que ipse ponit. Intellectus agẽs cuz ab extra eiusmodi species actu fit intellectus immortalis z sempiternus iure ab Aristotele nuncupatur. Q̃z autem attribuitur Alexandro de intellectu possibili q̃ corruptibilis sit ab Auerroi non est mirum quia expositio eius in libro de anima ad manus Auer. non peruenit. Et hoc Auer. inquit commento. 20. tertij huius. Unde per possibilez intellectum intellexit vel possibilem vt passibilis est vt inquit Simp. tertio huiꝰ. z similiter omnis anima endelechia z perfectio est cum referatur ad perfectuz z relatiua simul oriuntur z occidunt vt textu commenti secundi secundi huius patet. z hoc ponit Joãnes grãmaticus textu commenti dicti dicens Alexandrum aphrodiseum a veritate coactum sic intelligere: vel per possibilez intellexit cogitatiuam animam: sicut Auerroys z omnes quasi greci expositores Aristotelis ut Theofrastus z Themistius in expositione textu commenti vigesimi. Intellectus passiuus corruptibilis est. Immo ipse Auerro. de ipso intellectu pro cogitatiua loquendo intellectus possibilis corruptibilis est: vide. 12. metaphysice textu commenti. 17. Auerroys etiam q̃ Alexander intellectum agentem ponat ĩmortalẽ expresse confitetur textu commẽti. 19. cuius audias verba infrascripta. z mirum est quo modo omnes concedunt hanc demonstrationem esse veram de intellectu agente: z non conueniunt in demonstratione de intellectu materiali: licet sint valde ꝓximiles z oportet concedentem alteram etiam concedere aliam. ¶ Hãc opinionem sequitur Alpharabius de quo commentator tertio huius textu commenti. 14. Credimus z vere q̃ vnus ex bonis expositoribus Aristotelis Alpharabius cum hec q̃ maximus fuit in istis: sequitur Alexãdrũ in ista opinione z sic omnes nominati philosophi concedunt q̃ sit ponenda vna alia forma in homine vltra intellectiuam animã que cogitatiua est appellata. ¶ Albubacher vero magnus iter arabes: z Auempache hispanus de quo quarto physicorũ tractatu de vacuo textu commenti. 71. nullus potuit peruenire ad has questiones ideo profundus fuit ipse super alios z tertio de anima commento trigesimo sexto verbum Auempache in hoc est firmius aliorum vt commentator refert tertio de anima commento quinto. ¶ Et Albertus Magnus eodem tertio. Cum omnem possibilem intellectum ab anima rationali remoueret: cuius rationem assignabat quia si intellectiones in anima rationali reciperent non distinguerentur: cum illa sit vnica in omnibus hominibus secundum eos z accidens numeretur numeratione subiecti. quinto metaphysice dixit intellectiones multiplicari penes phantasmata: z phantasias diuersas: i quo cum agat intellectus agens faciendo ea actu intellecta possunt dici intellectus quoquomodo. z sic phantasticã animam: vel imaginatiuam possibilem intellectum nominarunt. ¶ Ponunt vlterius q̃ intelligere non fit p passionem. sed imaginantur q̃ ex quo species ille abstracte sunt vniuersales: q̃ vbiqz est z semper. ideo in subiecto non sunt quia si in subiecto essent: ab illo determinarentur. ¶ Similem modum huic ponit Alber. ad mentem thomisti. z simpli. septimo physicorũ ad mentem platonis z Aristotelis q̃ presentia intellectus agentis ad phãtasma fit intellectio. naz ex illa presentia excitatur anima ad cognitionem eius quod prius habuit. vnde si platonis musa personat veruz q̃ quisqz didicit immemor recordatur: vt boetius iquit in suo de ꝓsolatiõe vt supra dixi.

Auicẽ. snia de anima.

Peripateticorum discordia.

Alexãder. Aphrodisens.

Q̃d Alexãder fuerit opinatur aiaz intellectiuam esse eternam.

Alpharabius.

Albubacher.

Auẽpache

Tex. eõ. 15.

¶ Sed

Questio i dictis alexãdri.

¶Sed incidit dubium cum dicat Alexander intellectum nostrum inseparabilem a corpore in paraphrasi de anima: quomodo nunc concedit ipsum separari. Unde Simplici. ait. 6° physico. textu cõmenti trigesimisecũdi quod Alexander omnia ad suam opinionem referens ait ipsum non separari. Si enim separaretur moueretur consequens impossibile cuꝫ impartibilis sit: ergo ⁊ antecedens. Sed diceret Simplicius ꝙ talis separatio non est nisi desitio illustrationis supra humanum corpus vbi supra. sed de hoc infra. Ad aliud patebit ex dicendis. ¶Deinde miror multum de Auerroi: ꝙ imponat Alexandro ꝙ Aristoteles intellexit illa verba ꝙ impassibilis: de preparatione ⁊ non de substantia. Nam fas est imponere tanto viro qui vt Cõmentator inquit duodecimo metaphisice textu cõmenti. 6. Alxrander famosus in metaphisica. ⁊ quarto celi textu cõmenti trigesiminoni: ⁊ miruꝫ est de istis profundis viris Alexandro. s. ⁊ Themistio ꝙ Alexander posuerit accidens alicuius substãtie incorruptibile ⁊ subiectũ corruptibile. Sed Alexãder dixit ⁊ bene ꝙ intellectus magis assimilatur rasure tabule q̃ ipsi tabule aptitudo existens sicut ⁊ rasure idest priuatio inscriptionis ⁊ ꝙ hoc sit ita audias verba eius in capitulo de speculatiuo intellectu ⁊ pratico. Soluꝫ igitur materialis intellectus facultas promptitudo quedam est ad formas recipiendas tabelle nundum scripte: per similis quinimo ipsius tabelle agraphio hoc est inscriptionis carentie q̃ꝫ tabelle similior ⁊ paucis interpositis. Sicut ergo tabella patitur. aptitudo vero nihil: sic intellectus: quasi dicat ꝙ ipse nõ est ꝑncipale patiẽs ⁊ proprie quia illud subiecto competit. ¶Unde ipse in suo de fato consiliatiuum hominem ⁊ libertatem habere arbitrij dicit. Sed vt Seuerinus ait nos liberum arbitrium non dicimus facere ꝙ gsq̃ꝫ voluerit sed ꝙ quisqꝫ iudicio ⁊ examinatione collegerit: alioquin in rationabilia animalia habebũt liberum arbitrium. videmus enim alia quedam sponte refugere: quibusdam sponte adherere ꝙ si ad velle vel nolle hoc recte liberi arbitrij vocabulo teneretur: non solum hoc hominuꝫ: sed ceterorum animalium esset. Si mortalis esset intellectus quomodo discursus iste fieret in quo reciperetur. ¶Huic opinioni adherebant hi qui (vt inquit Alexãder) in tractatu suo de intellectu solebant in porticibus disputare stoici scilicet qui. d. intelligere non esse nostrum opus sed diuine prouidentie. Cum enim ipse sit causa omniuꝫ consequentium esse: ⁊ hic est agens intellectus apud Alexandrum qui deus est gloriosus: ⁊ hoc patet expresse ab eo in capitulo de agente intellectu ponens ipsum vbiqꝫ esse ⁊ primam causam omnium equiuocans de agente intellectu. Nam supra dictũ esse anime intellectiue potestatem ⁊ loquens de materiali inquit ꝙ hic cuꝫ anima cuius est potestas corporalis simul interijt. expone vt supra vel per possibile cogitatiuã intellexit: In suo de intellectu de agente loquens ait. Non eniꝫ cum vllo in loco sit transitum facit sed cuꝫ vbiqꝫ sit manet in corpore ꝙ a temperamento dissoluitur. corrupta organica portione. ¶Et Themistius 3° de anima cõmento. 31. impugnat istã opinionem. Item ipse Alexander in naturalibus questionibus inquit medicina ⁊ si scientia est tamen in opere suo ars apparet quẽ admoduꝫ anima ⁊ si imortalis tamen in corpus mortale demersa videtur esse mortalis. Item ait noluisse mundi opificem diuinos celestesqꝫ hominũ animos corporibus terrenis absqꝫ congruo quodam medio colligare. Medium est anima cogitatiua. A quo patet quosdam quos non est operepreciũm nominare: qui de nouo philosophari incipiũt ⁊ eius principia ignorantes audent: ⁊ Joannem gandensem ⁊ quosdam temporis huius reprehendere: quorum nõ sunt digni soluere calciamenta: plurimũ errare dicentes ⁊ Alexandrum intelligere per preparationem priuationem formaliter sumptam pro ipsa negatione de qua exponit dictum Aristotelis quod est eterna: quia non est corruptibilis: quia non est ens positiuum in mundo: sed priuatio entis. O glosam mirabilem dignam Alexandro de quo Simplicius primo physicorũ omnium maxime legitimo Aristo. interprete Alexandro aphrodiseo. Nam Aristoteles intendit ostendere differentiam virtutis intellectiue ad sensitiuam: vt patet in textu cõmenti septimi dicit. ꝙ non est eadem passibilitas sensui ⁊ intellectui: cuius oppositum sequeretur. nam priuatio in sensu esset etiam eterna eadẽ causa. Nonne Alexander expresse ponit ipsum intellectũ esse facultatem ⁊c̃. in super derident alios. quia narrãt opiniones ⁊ ad illoruꝫ intellectũ nõ attingũt. O solertiam magnaꝫ taliũ in opinionib⁹ declarãdis. Audias preterea summaꝫ dialecticam eorũ. d. Auerroim vsuꝫ esse loco a maiori. Si intellectus est res facta a cõplexione ⁊ intellecta cum intellectus sit dignior ⁊c̃. nõ intelligentes illud Aristo. in primo thopicoruꝫ ꝙ locus a maiori tractatur negatiue superius dicta ad mentem Alexãdri aphrodisei pro maiori parte accepi exparaphrasi eiusdẽ super libro de anima ⁊ ex tractatu quodam eius de intellectu que oia accuratissime ⁊ elegantissime trãstulit Magnificus patritius Venetus vtriusqꝫ lingue doctissimus: itegerimus pbus: iuris vtriusqꝫ doctor Hieronymus donatus compater meus dilectissimus. Auerroys vero posuit vnicaꝫ intellectuam animam rationatiuam vniuersaliter in oibus hominibus habentem in se potestates duas: agentem scilicet ⁊ possibilem intellectum ⁊ non partes eius. subdens: vt dicit Joan. gan. 2° de aia quest. 5ª: qua querit vtrum anima sit actus in fine. ⁊ illud est dictuꝫ Alber. qui in paucis (vt ipse dicit) discrepat ab Auerroi. Ponunt enim potentias istas virtutes vniuersales ⁊ indiuiduari vero qꝫ sunt huius ⁊ illius anime in diuidua te per potentias sensitiuas: que sunt in ea: ⁊ sic habet potentia esse magis abstractum q̃ꝫ substantia anime. Et non est hoc miruꝫ inquit sanctus Thomas in suo contra Auer^tas. Nam forma magnetis est materialis ⁊ ab elemẽtis genita: tamen habet virtutem datam a celo qua ferrum trahit abstractiorem. Sed hoc est dubium. Nam quero a quo habet illud esse abstractum a potentia non a subiecto: nec ab agẽte cũ sit idẽ apud Albertuꝫ videlicet deus gloriosus. Et si Albertus ponit indiuiduari animã penes potentiã quare nõ ꝑm substantiã cogitatiue vtutis existentis multiplicate in singulo hoie. Ista opinio ꝓterea nõ vꝫ saluare veram hois corruptionẽ sicut Auerroys facit: ⁊ bene dixi nõ videt: qꝫ in rei veritate meli⁹ põt saluare ipso Auerroi Neqꝫ ratio sancti doctoris in suo de esse ⁊ eẽntia videt valere ꝙ ideo dicit vniuersale quia plura representat. dat ipse exempluꝫ statue cesaris que si plura representaret esset vnꝫ in representãdo cuꝫ de se sit singularis. Cõtra hꝫ est expresse snia Alberti i suo d̃ statu ⁊ origine aie qui dicit ꝙ mẽtiunt oino qui dicũt ꝙ forma que est in aia habet duplicem comparationem. vnam quidem ad reꝫ cuius est forma ⁊ sic dicunt ipsaꝫ esse vniuersalem ad intellectum ⁊ sic dicunt ipsaꝫ esse indiuiduam. ¶Forma enim in comparatione ad rem nunquaꝫ est vniuersalis: ⁊ in cõparatione ad intellectum

Culpandus Auerrois

Hieronym⁹ donatus cõpater

in quo est dicitur vniuersalis. Immo (vt Albertus in quit consensu omniuz peripateticoruz cum vniuersale vt distinguitur contra singulare abstrahat ab hic z nunc que includit singulare: z a materia z appenditijs eius non potest fieri aliud z aliud: in alio z in alio nisi per aliquod contrahens ipsuz ad hic z nūc: quod est conditio singularis z sic non remanet vniuersale: Cum ergo hoc non habeat a re extra cum nulla talis sit actu vniuersalis habet hoc ab intellectu. Est ergo intellectus vniuersalis. Ista ratio infra soluetur ad mentez sancti doctoris compatriote nostri: qui melius (vt puto) z fidei christiane conformius loquut⁹ est oibus modernis vt patet in suo libello contra Auerroistas. Et hoc est q dicit Porphyrius. q vniuersale est in solis nudisqz intellectibus. Similiter dicitur de vniuersalitate repzesentationis: que non est ab extra cum nulla talis repzesentet vniuersaliter. albedo enizz que est in pariete ista repzesentat illam q non aliam. Ex quibus corrlarie infero ad mentez Auerroys qō species lapidis vna est specie z numero. in omnibus hominibus vt habet esse in intellectu. neqz possunt eē in eo plures species itelligibiles numero distincte: Tuz quia (vt dicit Auerrois) esset processus in infinitum: quia a quibuscūqz duobus solo numero differentibus conuenit abstrahere conceptuz cōmunem. Tum etiam: quia discipulus nō posset adiscere a magistro. Et hoc est q lucidus doctor Themistius capitulo. 32. huius inquit probando vnicuz esse intellectuz in omnibus. non tamen illud ex animo tenet quia soluit ad rationes. ¶ Sic dicens vnde enim cōmunes ille animi conceptiones omnibus haberentur: vnde ingenita illa impzessa omniuz mentibus primoruz notitia cōstitisset: natura duce: nulla ratione: nulla doctrina: vnde postremo intelligere mutuo: z intelligi vicissim possemus nisi vnus singularisqz itellectus fuisset: quē cōmunem omnes homines haberemus. Quo circa illud apud Platonez legitur. Nisi inquit hominib⁹ cōmunia essent multa: sed propzium quid: aut precipuum z impzomiscuū contineretur in singulis: non esset facile ostendere z significare alteri voluntatez suam: huic snie argumento z illud est: q nisi ita dicatur: disciplinę transfundi in discipulum non possent. Cuz enim eadez sint que tradendis his z qui docet z qui adiscit considerat: quia neqz hic docere neqz ille adiscere vnquā possent nisi ab vtroqz eadez cōmentatio tractaretur. perspicuuz est eundem esse intellectum preceptoris z discipuli oportere quandoquidez essentia intellectus idez esse: q actus ipse describitur Atqz hec fortasse causa est quamobrez ad solos homines pertineat docere z discere vicissim: alloquizuz z sermonuz intellectum habere. Hoc genus animalibus non potest contingere: quia in his constitutio animarum z preparatio contumax ineptaqz est vt intellectum potentie possint recipere qui ab intellectu agēte perficiat. hec ipse formaliter. Hoc idem confirmatur auctoritate Plotini libro nono eneados i questione: qua querit vtruz omnes anime sint vna anima. Et arguit qō sic quia totius vniuersi vna est aia: cum sit vnum animal: neqz obstat q vno sentiente: alius non sentiat: quia in partibus vnius animalis hoc accidit: vt vna parte sentiente alia non sentiat vna existente anima in ipso vt in ceteris est videre. Confirmatur hoc ex hoc q vno intuitu z amor z misericordia nobis accidit z patet etiam ex operibus magicorum qui orationibus quibusdam agunt in corpora. Longo interuallo distantia. Cōfirmatur vltimo ex scientia que vera in singulis est. Et hoc est q clamat Cōmētator cōmento. 20. tertij de anima. q intellectum equi apud te idem est cum intellectu eiusdem apud me: vide zc. Hoc idem patet. Q; sentētia eiusdem eodez cōmento ponētis antiquos expositores cum Themistio z Platone concordare q intellecta vniuersalia sunt eterna: z q nostrum adiscere est reminisci: z ipse etiam cum eis concordat quantuz ad hoc: sed differt in modo dicendi quare. s. aliquando intelligamus z aliquando nō. ad hoc dicit Plato: quia subiectū idest anima nostra in principio non est disposita. Themistius vero: qz agēs non continuatur nobiscuz a principio: sed tantū in fine complete scilicet. Auerroys vero quia intellecta speculatiua sunt genita z corrupta. Cuius oppozituz dixit Themistius. Sed puto inter hos doctissimos homines non esse differentiam nisi in verbis. Naz cum intellect⁹ agēs z possibilis z speculatiuus sint idez subiecto (vt plane ponit hic Cōmentator de mente Themistij quod ipse etiam negare non potest: vt dixi) per intellectuz speculatiuuz intellexit intellectuz factū singula. Et hoc etiā expzesse ponit Cōmentator 3° de anima cōmento 5° dicens intellectuz speculatiuuz eē eternum z quantuz ad actum intelligendi: quia semp est in actu: respectu alicuius indiuidui cuiuscunqz speciei licet nō sit eternus respectu huius actus. Beatitudo enim in actu consistit. 12° metaphysice textu cōmenti 39. z 51. Philosophia enim semper est perfecta z si nō in ista quarta septētrionali in qua sumus: erit in parte meridionali habitabili: vt inquit Cōmentator 2° celi cōmento. 16. z etiā sub equinoctiali est habitatio: vt inquit hic: z q in quarta meridionali sunt antipodes z in nobiliori z perfectiori parte mundi: quia in superiori z hoc est q dicit Cōmentator. Et hoc erit si non fuerit pozituz q dispositio in postrema perfectione in homine est sicut dispositio in intellectis cōmunibus scilicet quod esse mundi non diuidatur a tali indiuiduo esse: z hoc est q inquit Cōmentator infra in eadē digressione cōmento quinto. q nisi idem esset scitum: tunc esset processus in ifinituz z q discipulus non posset adiscere a magistro z subdit determinando q hoc q scitum est idez in discipulo z magistro fecit Platonez credere q disciplina esset rememoratio. Unde Johannes ganda. in questio. 10. huius tertij ponit hoc ad mentez aliquoruz z ratio est pro eis talis quam non soluit. Nam due species eiusdez obiecti differunt formaliter z intrinsece z non per aliquod extrinsecuz per se: ergo specifice zc. z hoc est q diuus Albertus capitulo 7° tractatus secundi tertij de anima inquit. Auerrois autez propter inductas rationes sicut omnes fere alij concedunt vnicum esse possibilem intellectum in omnibus hominib⁹. z q ad hoc sequitur vniuersalia esse eadem apud omnes ex quib⁹ est scientia omnium eorum que sciuntur. Ecce q isti negant species intelligibiles generabiles z corruptibiles. Et sic ruunt multe questiones Joan. gan. de speciebus intelligibilibus. Et cum dixit Cōmentator illa generari z corrumpi intelligit respectu nostri zc. Et corruptis phantasmatib⁹ z actibus cogitatiue qua homo differt ab alijs animalibus vt dicit Cōmentator hic. Et p quaz homines diuersificantur in quatuor virtutib⁹. i. quatuor gradib⁹ tactis in thopicis in diffinitiōe pbabilis. Naz quinqz sunt pbabilia: quedā grossissima recepta vulgo: vt q celuz tegat nos: z iste est infimus gradus hominū de quo ppter ei⁹ vilitatez Cōmentator hic in isto 3° cōmento. 20. tacuit. Quedā vero nō ita grossa: z ista recipiuntur ab hominibus practicis z legistis:

probatio themistij q vn⁹ sit intellectus in omnibus.

Quedam

Quedam vero adhuc subtilioza ⁊ ista a mathematicis. Quedam subtilioza ⁊ ista a physicis. Quedam subtilissima ⁊ ista a mathematicis. Prima ergo sunt que omnibus vniuntur. Secunda que pluribus. Tertia que omnibus sapientibus. Quarta que pluribus. Quinta que notissimis. Et si alij vt Theophrastus Alexander ⁊ Themistius ⁊ Auerroys videntur aliquando dicere intellectum possibilem de nouo recipere species: vt patet a Themistio capitulo. 38. huius tertij. de mente Theophrasti ponentis hec verba. Intellectus potentialis non intelligendus est potentia esse: vt nihil sit: sed intelligendum vt in animo talis quodam sui generis potentia sit pro subiecto formarum ac gremio ⁊c. Hoc intelligendum est vt infra tangetur. ¶ Pro Auerroi autez Albubacher ⁊ Auempace: qui ponunt vnitatem intellectus. ⁊ non alij arguitur. Unde cum de ipso intellectu quantum ad eius substantiam consensus sit multorum peripateticorum q̃ eternus sit ⁊ quia in eternis non differt esse a posse: quicquid ergo potest ibi esse: est. cum ergo nature indiuiduali infinitas non repugnet. infinita ergo multitudo intellectuũ eẽ posset: quod est impossibile apud eos: ⁊ ideo dicit doctor subtilis 2° sententiarum: q̃ in abstractis a materia non ponit Aristoteles multitudinem sub eadem specie. Non ergo erunt apud Aristotelem plures intellectus. ¶ Q̃ etiam confirmatur. q̃ non est multitudo sub eadem specie. nisi propter impfectionẽ indiuidui generabilis ⁊ corruptibilis q̃ nõ põt eterno tm̃ tẽpore conseruari: ⁊ ideo natura diuina ei miserta: dedit ei potentiam qua possit sibi simile generare: ⁊ per hoc esse diuinum ⁊ sempiternum assequetur quantum potest: quia in specie ⁊ non in diuiduo. nam illud appetunt: ⁊ illius gr̃a agunt quecunq; agunt p̃m naturam. patet hoc ab Aristotele ⁊ Cõmentatore 2° huius textu cõmenti trigesimi quarti. vbi ergo indiuiduum est eternũ. talem multitudinem non requirit. ¶ Item non est multitudo indiuiduorum sub eadem specie nisi propter materiaz diuisam ⁊ diuersam ab alia in quã agit agens: vt 7° metaphisice cõmento. 28. ab Auerroi plane colligitur: cõcurrit ergo materia ⁊ quãtitas saltem dispositiue. Et hoc nullus potest negare ad mentem Aristotelis. In carentibus ergo materia non est multitudo: ⁊ hoc est q̃ dicit primo celi textu cõmenti. 93. q̃ non possunt esse plures mundi: quia iste constat ex materia sua tota. ⁊ duodecimo metaphysice textu cõmẽti quadragesimi nonij q̃ si essent plures celi essent plures motores primi. ⁊ si essent plures motores primi illi essent materiales. Et hoc est q̃ clamat Themistius capitulo. 32. huius tertij. Cum vnus sol singulis lucens in vniuerso sufficiat: quare ⁊ non etiaz vnus intellectus. Et subdit. Nam singula que sub eadem specie habentur inter distinctionẽ materie discernuntur. nõ tamẽ hoc ex animo ponit. ¶ Item arguitur q̃ non possit multiplicari per creationem vt fideles ponunt. Primo sic anima itellectiua est ingenita ⁊ incorruptibilis: ergo sempiterna: consequẽtia ista est Aristotelis primo celi textu cõmenti. 125. tamen probatur ex dicendis. ergo non creata: maior probatur. capiendo primo vnam propositionem Aristotelis primo celi textu cõmenti 127. q̃ negationes contrariorum insunt nature cuidam medie inter contraria: que non est aliquod contrariorum. verbi gratia. Non semper ens: non semp non ens: gr̃abili ⁊ corruptibili. nã ipsum vt generabile cum sit non semper non ens erit aliquando nõ ens ⁊ postea ens. Similiter ipsum corruptibile cũ sit non semper ens: erit aliquando ens: ⁊ aliquando nõ ens. Modo aliquando non ens ⁊ post ens. ⁊ aliquando ens ⁊ post nõ ens. est medium intra semper ens ⁊ semp non ens. vnum ergo ⁊ idez est generabile ⁊ corruptibile: vel ista se consequuntur. Et ex ista sequitur ingenitum ⁊ incorruptibile conuerti. Nam si ingenitũ ergo icorruptibile. Nã si corruptibile: ergo ⁊ genitũ: vt probatum est: ⁊ sic idem esset genitum ⁊ ingenitum. Similiter econuerso sequitur. Et vlterius capio vnã regulam Aristotelis. 2°. priorum cuius meminit Cõmentator primo celi textu cõmenti. 126. Q̃ si aliqua duo conuertantur ⁊ iterum alia duo. capto vno ex vna combinatione ⁊ alio ex alia. Si ista sic se habent: q̃ necessario cuilibet alteruz insit ⁊ residua sic se habebunt. Tunc si generabile ⁊ corruptibile conuertunt ⁊ similit̃ ingr̃abile ⁊ icorruptibile. Sed corruptibile vel icorruptibile necessario cuilibet insunt: g̃ ⁊ anime: ergo similiter ⁊ genitum vel ingenitum. anima ergo genita vel ingenita: sed non genita q̃ esset corruptibilis: ergo ingenita. Et similiter pbat̃ q̃ sit incorruptibilis ingenita ergo ⁊ incorruptibilis q̃d erat probandum. Et consequentia prima probatur. Nam si non semp ens nec semper non ens similiter erit: erit ergo media inter semper ens: ⁊ semper non ens. hoc autem est generabile ⁊ corruptibile: vt pbatũ est quare ⁊c. ¶ Itez arguitur q̃ creatio non sit possibilis ad mentem philosophi: quia. fit ex aliquo presupposito vt exẽpli causa anima intellectiua ex materia presupposita: q̃ deus. Secunduz beatũ Augustinum: creando infundit ⁊ infundẽdo creat. ¶ Respõdet Antonius Andree septimo metaphysice q̃ illa forma educitur de potẽtia materie: ad quã materia concurrit eaz substentando pro quocunq; signo nature. anima autem intellectiua prius habet esse q̃z infundetur. Sed contra quia forma educta prius habet esse ad se q̃z ad aliud. cum absolutum sit prius respectiuo. ¶ Itez arguitur ratione Cõmentatoris primo physicorum textu cõmenti. 71. Nã cum productio sit media inter terminum a quo ⁊ terminum ad quem productum: precedit ergo tunc natura in illo priori non habet subiectum: nisi non ens: nisi dicatur q̃ materia tunc concurrit: ⁊ sic habeo intentum. Et hoc est quod dicit Commentator textu cõmenti allegati. Qui igitur dicit q̃ generatum est ex non ente contingit ei concedere alteruz duorum: aut q̃ hic est transitum sine transitione: aut q̃ transitio est in priuatione: ⁊ totum hoc est impossibile. Sed moderni recipiunt tale impossibile propter hoc q̃d sunt assueti a pueritia audire illud. Consuetudo enim est altera natura. O maledicte sathana nõ fuisti dignus recipere q̃ apostoli receperunt diuinam. scilz gratiaz. qua illustrati illud posuerũt. ¶ Item omne ens prius est possibile fieri q̃z fiat illa potentia: non est puruz nihil: quia ipsum nihil non potest esse terminus neq; a quo: neq; ad quem alicuius productionis: quia illa productio cuius termiñ nihil est: nihil est. Si est aliquid cum sit potentia passiua erit in materia tanquã in subiecto. Nam vt Cõmentator dicit quinto physicorum textu cõmenti septimi: non esse simpliciter nõ suscipit transitionem. Sed est potẽtia subiecti. Et hoc est q̃ dicit primo physicorum textu cõmenti. 60. q̃ si generatio esset ex non ente auferretur natura possibilitatis. Hoc idem ponit octauo physicorum textu cõmenti quarti. Hoc idem patet ab eo quarto physicorum textu commenti sexti. Si ergo aliquid est illa potentia in aliquo fundatur non nisi in materia. ¶ Item ab Aristotele ponitur primo physicorum tex-

Rõnes pbantes itellectum esse vnuz pro auerroe

Confirmatio.

Secũda ratio

Tertia ratio.

Rõ ipugnãs creationem.

Alia rõ q̃ videt remouere creationem.

tu cõmenti trigesimitertij ⁊ trigesimiquarti. vbi ait q̃ omnes qui de natura locuti sunt conueniunt in hoc q̃ ex nihilo nihil fit. Itẽ primo perigeneseos dicit maxime timere phantes ex nullo giii peristẽte. tex. cõ. 12. Famosiores vo peripatetici Theophrast' de quo Boetius in periermenias cuz illi prius thirthamus nomẽ esset: Aristoteles propter diuinam suam eloquentiaz Theophrastuz vocitauit: Alexander Aphrodiseus sequens ipsum lucidus doctor Themistius (vt idem Boetius refert.) Simplicius in omni genere doctrinarum doctissimus voluerunt tum ad mentem Aristotelis: tum Platonis: inter quos vt Simplicius refert nõ est discordia nisi verbalis ⁊ hoc in primo ⁊ tertio de anima. q̃ intellectiua anima sit forma substantialis dans esse formalitatis corpori humano: multiplicata in singulis hominibus: ab eterno creata a deo ⁊ corporibus infusa: vt illa perficiat temporaliter: a q̃bus demum absoluta (vt supra diximus) redit si bene beateq̃z vixerit. ad contubernium stellẽ: ⁊ vltra istã posuerunt vnam cogitatiuam in singulis multiplicatam ⁊ in hoc sunt concordes multi peripatetici: vt dixi: ex quo patet omnes grecos discedere ab Auerroi. precipuos arabes Alph^um Auicen. Algazelem. vnde solum Abubacer ⁊ Auemphace est cũ eo. ¶ Sed questio est nunquid scientia fiat in nobis per alterationẽ anime perfectiuam per acquisitionem scilicet specierum intellibilium ⁊ habituz: q̃ sic videtur primo auctoritate philosophi tertio hui' textu cõmenti tertij. d. Impassibilem ergo oportet esse susceptiuuz spẽi: ⁊ potentia huiusmodi. Sed nõ hec: ⁊ simlr se habere sicut sensitiuum ad sensibilia. sic intellectum ad intellibilia. Item textu cõmenti decimiquarti. Quoniam potentia quodãmodo est intelligibilia intellectus. Sed actu nihil anteq̃z intelligat. Oportet autem: sicut in tabula nihil est actu scriptum q̃ quidem accidit in intellectu. Ex his sanctus Thomas mouet ad dicenduz q̃ illud q̃ ponit Aristoteles in 7° physicorum est ad mẽtem Platonis ⁊ non suam. Hocidem patet in prioribus analeticis dicẽs. Si nõ Menonis ambiguitas cõtingit: aut q̃ nihil discet aut que nouit: vbi Themistius Plato huic cauillo videtur man' dedisse. Nos vero differre ista plurimũ dicimus: nã possunt adisci que prorsus ignores cognoscuntur: que ante cognoueris. Ecce q̃ dãnat Platonem Aristo. fm Themistium. Item Cõmẽtator primo priorum capl'o. 20. dãnat Platonem in hoc q̃ ponit q̃ nostrum adiscere est reminisci. Item in primo de sensu videtur redarguere Platonem in hoc. ¶ In oppositum est opinio quasi omnium expositor grecorum: vt dicit Cõmentator tertio de anima textu cõmenti. 20. (licet ego cum eis minime sentiam vt infra p3) vbi sic inquit. Et debes scire q̃ nulla differentia est fm expositionem Themistij ⁊ antiquorum expositorum: ⁊ opinio Platonis in hoc q̃ intellecta existentia in nobis sunt eterna: ⁊ q̃ nostrũ adiscere sit reminisci. Hec Cõmentator. hocidẽ sentit ibi Cõmẽtator ⁊ omnes arabes potiores exponẽtes Arist. Abubacher scilicet ⁊ Alpharabius ⁊ auẽpache (vt supra notaui in ista questione.) Hoc idez patet 7° physicorum textu cõmẽti. 20. vbi Simplicius ⁊ Albertus cognomento magnus inter latinos ⁊ omnes alij expositores greci dicunt q̃ anima fit de nouo sciens nulla nouitate facta in ipsa quantum scilicet ad actum primum: sed per solam vnionem ad phantasmata bene ordinata: vnde facta tali vnione statim expergefit ⁊ in actu fit intellectus respectu singularis q̃ lucet tunc in vniuersali: ⁊ dicimur nos scire vniuersale: ⁊ per illud singulare nulla penitus mutatione facta in intellectu quantum ad actum primum: vt diximus. Nam vt dicit Alexander Aphrodiseus 7° physicorũ textu cõmenti. 20. voluit tum Aristo. tum Plato q̃ volentes adiscere primo cognoscimus singulare per sensuz: ex sensu fit memoria: ⁊ ex pluribus memorijs fit cognitio experimẽtalis in ipsa phantasia: ⁊ statim q̃ phantasia est in actu circa particulare ex naturali ordine ipsius ad intellectum. intellectus fit in actu circa vniuersale quiescens in eo nulla penitus mutatione facta in ipso vt supra. q̃ est principium artis ⁊ scientie. Neq̃z fit talis cognitio inductiue, ppte: nã tũc singulare prius esset notuz apud intellectum. Sed est bene inductioni simile. Nã cognitiones iste fiunt per diuersas virtutes quia singulare est in phantasia. vniuersale in intellectu. Sed habita ab intellectu vniuersali cognitione per vniuersale quiescens in ipso singulare cognouit q̃ lucet in ipso. a quo patet error Joãnis gan. ⁊ quasi omnium sorticulorum credentiuz q̃ ad cognoscendum principia oportet prius intellectuz cognoscere singulare. Nam ipsum ab eo non nisi per accidens est ⁊ secundario cognoscitur. Noti nebula illa: sicut se habet singulare complexum ad vniuersale complexum. ita in incomplexum ad incomplexum. Sed singulare complexum prius est notum: ergo secundũ. Nã minor est falsa: vt dixi. ⁊ est expressa littera Aristo. 2° posteriorum circa finem: ⁊ deo optimo ⁊ ei' genitrici intacte marie sint gratie infinite. Et q̃ ista sit intentio philosophi patet. Nam vult ad scientiam eẽ motum tantum per accidens alterationis scilicet per solam alterationez factam in alio: quia in sensu. Sed si intellectus reciperet huiusmodi species eẽt alteratio facta in ipso: ⁊ eque bene: sicut in sensu: perfectiua tamen: ⁊ non soluz alteraretur. quia sensus alteraretur. vnde arguitur sic. Talem alterationem negat ab intellectu qualem concedit in sensu: sed quam concedit in sensu est pfectissima. talez ergo negat ab intellectu. Et hoc est q̃ ibi Commentator dicit. q̃ sicut columna fit dextra nulla penitus mutatione facta in ea: ita ⁊ anima sciens nulla mutatione facta in ea. vnde anima in residendo a passionibus fit prudens ⁊ sciens: sicut mustum fit clarum residentibus partibus grossis ⁊ descendentibus. Et sicut flamma in viridi ligno est fumosa ⁊ obscura: ⁊ per solam aquosi humoris rarefactionem fit clara ⁊ lucens: ita ⁊ anime intellectus lucet in processu hominibus ⁊c. Unde bene dixit Plato q̃ puer a principio non potest adiscere propter nimium ⁊ inordinatum motum ⁊ fluxum humorum ⁊ spirituum in ipso qui motus etate vel virtutibus temperatur: vt castitate. Nam incontinens ⁊ luxuriosus: non potest adiscere furibundus existens. vnde perdit anima actus a pueritia sicut ebrius actus perdit: sed non habitus. Et sicut leo in fouea actus perdit ⁊ non habitus ⁊ virtutem suam. In summa vult Plato ⁊ Aristoteles nostram animam esse nature medie inter intelligentias ⁊ corporales formas. Est enim in potentia ad cognoscendum singularia: ⁊ ipsa de nouo cognoscit nulla nouitate existente in ipsa vt dixi: ⁊ cum de nouo singulare aliquod cognoscit: nos illi ⁊ nostro intellectui prinuamur per phantasma illius ⁊ capimus ipsum fm partem: q' fm vniuersale illius singularis ⁊ sic assimilat formis materialib' pro quãto fantasmatib' miscet. Et in hoc q̃ miscet fantasmatibus differt ab intelligẽtijs ⁊ aia mundi: vt p3. pmo d̃ anima tex. cõmẽti. 46. quo istis inferiorib' nõ miscet: ⁊ ideo inquit q̃ q̃lis ipsa semp talis noster intellect' aliquando

Qui grecor ⁊ arabũ sint ab auerroi i mã de itellectu dissidentes

Questio an sint dãdespẽs intelligibiles fm Az.

Aristotelẽ nõ dissẽtire a platone in hoc q̃ adiscere nr̃z sit reminisci.

Nõ ex verbis arist. q̃ nõ sint spẽs intelligibiles 7° physic. cõm ẽ. 20.

aliquãdo. Sed bene Thales ponit cãm ad iferiora descẽdere: vt pz eodẽ ꝓmo textu cõmẽti. 86. Qui dixit oia dijs repleri: iuxta illud poete: A ioue ꝓncipiũ muse iouis oia plena. Itez in 6°. Principio celũ ⁊ terras cãposqz liquẽtes spiritus intus alit ⁊c. ⁊ Lucanus est. ne dei sedes ⁊c. Cõplete autem a nobis capto: ⁊ continuato intellectu: q extrinsecus erat: quia nobis continuato: ipse tunc seipz ⁊ superiora contemplat: ⁊ nos p ipm illa: ⁊ tunc est sicut intelligentia. ⁊ illi filis: ⁊ hoc est q dicitur in libro de aialibus q de foris venit iussu creatoris ⁊c. vnde non pcederet Plato q nõ adiscit omnino. ⁊ scit omnino fiẽ sciebat: sed q adiscit actu: que nouit habitualiter ⁊ nõ i actu: oblitus ipsorũ prius ꝓm actum ⁊ hoc fit reminiscentia: quia actum perdiderat. Et hoc est q diuus boetius in in suo de consolatione inquit: vt supra. Si platonis musa personat veruz. Quod quisqz didicit imemor recordatur. Et verius loquendo. quia ista cognitio est circa vniuersalia: vti debemus hoc vocabulo cognoscimus: que prius cognouimus actu. s. que prius habitu: ⁊ etiaz actu quem perdidimus: ⁊ per reminiscentiaz acquisiuimus: sed non habituz: naz ille inuariabilis. vnde in scientifico non fit alteratio: existente autẽ essentiali dependentia intellectus quantuz ad actum intelligere a phantasmate erit in aliquo genere cause efficientis. s. qz aliquis actus ⁊ operatio ibi causatur: vt inquit Aristo. 7° physicorum textu cõmẽ. 20. dicens q operationes itellectus fiunt nõ generatione vel alteratione. sed subito: ⁊ ad motum sensitiue partis. In singularib⁹ vero: que nouiter occurrunt ⁊ que nunqz fuerunt nota in illis vti debemus adiscere. Adiscimus enim que nunqz cognouimus in se. s. sed bene in simili: quia licet anima nostra non habuerit cognitionem huius singularis exẽpli causa triãguli tamẽ habuit notitiam sibi similis: cum ab eterno fuit: ⁊ multa corpora intrauerit ante istud in quibus habuit experiẽtiam rerum omnium: adiscit ergo de nouo: sed per reminiscentiaz recordata similis q perceperat. vnde nõ plus voluit Themistius dicere: nisi q Plato non distinxit nomina: sed sola reminiscentia est vsus. Sed Aristoteles distinctius ⁊ aperte soluit. Scimus actu q prius sciuimus potentia: ⁊ i propria forma q vniuersaliter erat notuz. Et hoc similiter voluit Cõmẽtator. Unde redargutio est verbalis: vt Simplici⁹ dicit. in re autem minime discrepant. Ad illud autem de tabula rasa: non ad simpliciter esse intellectus referenda est. sed ad corporariam operationem ad quam intellectus perinde se habet ac tabula in qua nihil est scriptum. nihil enim cognitionis phantasmatarie poniẽdet. sed in potentia est duntaxat ad cognoscenduz per phantasmata ipsa. Aut certe q acromaticoteron: idest magis auditu dignum: ⁊ ex peritioꝛi ratione disciplinę pythagorice est ad scie ꝓmã acqsitionẽ p quietem ⁊ constantiam intellectus. Illa talis ratio referri debet: quam etiã recordationis: ⁊ reminiscentie nomine Plato significare voluit. Nam respectu speciei ipsius refertus semper scientia est intellectus: neqz aliter Aristoteles qz Plato de hac sentit q etiam Auerroys confitetur cõmento. 5. ⁊. 20. tertij de aia. ¶ Pro solutione aliarum rationum sciendum q cum de foris etiam apud Aristotelem animus veniat: est ergo anteqz vniatur cuz de foris aduenire nihil fit nisi per se esse: ⁊ prius preexistere. cum ergo ante corpora sit ab eterno: quis negabit esse scientia plenum ⁊ rerum omnium intelligibilium. species in se habere. obliuisci autem earum vt dixi: cum corpori vnitur ob nimium nature fluxum. Rursumqz doctrina ⁊ studio: atqz exercitatione reminisci: nec nisi prouecta etate fluxu iam cessante. imaginatur ergo tum Aristoteles tum Plato duplicem intelligendi modum ipsi⁹ anime: vnum a priori ⁊ a posteriori scõm: primo ergo vl' in primo istanti näe: vt scotizantib⁹ placet: se intelligit: ⁊ meliora demum ⁊ in secundo signo a se quodammodo discedens species intelligit. In tertio totaliter fluit ad extra: ⁊ tunc intelligit accidentia ⁊ singularia in processu. s. prouecta etate: ⁊ in toto isto tempore ante prouectam etatem dicitur possibilis intellectus. Secũdũ ergo modũ itelligẽdi a posteriori hinc incipit habere: ⁊ sic primo sensibilia cognoscit per phantasmata ab illis excitat⁹. Itez ad species regreditur: oblitus illarum ꝓm actum: ⁊ sicut homo habituatus potest exire in actum quando vult ⁊ non ante habitum. Ita iste intellectus factus tunc perfecte sciens: quia ex causis causata cognoscens potest substantias omnes materiales cognoscere: ⁊ iste dicitur intellectus in habitu vel speculatiuus: qui dicit fact⁹ singula: de quo Aristoteles 3° huius in tex. cõmen. octaui loquitur. d. Cum autem fit singula fiat: de primo a principio vsqz ad istum textum ⁊ ille dicit susceptiuus specierum non q aliquas species de nouo suscipiat: sed per reditum ad species in isto secũdo signo. 3° redit ad se: ⁊ tũc dicitur agens: qui se ⁊ meliora cõtemplatur: de quo Aristoteles in tex. cõmenti. 17. vsqz ad vigesimum hui⁹ tertij dicit q quandoqz intelligit: quandoqz vero non. Separatus autem est solum hoc quod vere est ⁊ hoc solum immortale. Et hic dicitur intellectus sanctus: ⁊ adeptus aliquando a peripateticis. Et dicitur possibilis intellectus quodãmodo similis sensui: non quia suscipiat species sicut ipse de nouo: sed quia fit de nouo intelligens. sicut ⁊ sensus de nouo sentiens: ⁊ sic non recipit de nouo species: sed est similis recipienti: ⁊ sic glosa auctoritates Themistij. ⁊ Auerroys ⁊ q a principio velek intellectuale non est mirum: quia egritudine passionis: ⁊ somno velatur: vt dicit Aristoteles in textu commenti vltimi secũdi de anima ⁊ septimo physicorum textu commenti. 20. Istum etiam triplicem modum operandi anime habes a proculo: propositiõe tertia de causis: ⁊ decima quinta. In tertia omnis anima nobilis triplices habet operationes: animalem: intellectiuam ⁊ diuinam. In decima quinta omnis sciens qui scit essentiam suam: est rediens ad eam reditione completa. omnes etiaz arabes potiores (vt dixi) Abutacher Alpharabi⁹: Auẽpache: Auerroys, confitentur: species eternas in intellectu: vt patet in tertio de anima textu commenti. 20. vbi inquit intellectum equi non est aliud apud te ⁊ apud me. Immo vt sanctus Thomas inquit: isti de vnitate speciei pbant vnitatem intellectus: immo commentator non valens aliter saluare textum commenti. 20. tertij de anima. exponit illum de istis speciebus: que ab eterno sunt in intellectu: quia si remanent huiusmodi species ⁊ intellectiua speculatiua. quare ergo non intelligimus post mortem. Item nisi ponantur huiusmodi species eterne tunc respectu eiusdem intellectus ⁊ eiusdem indiuiduꝰ erunt plures species intelligibiles eiusdẽ intellecti. consequẽs falsum: quia vna sufficit ⁊ patet consequentia: quia ex alio phantasmate eiusdem indiuiduꝰ potest alia species causari. ¶ Quod autẽ ipsa anima intellectiua det eẽ corpori humano: cuius oppositũ finxit Auerroys. Arguo primo sic. quia ipsa non esset mobilis per accidens: consequens falsum. ⁊ contra Aristote. thopicorum secundo capitulo. d. q motis nobis mouẽtur omnia que in nobis ⁊ pz ꝓnũtia: naz. 8. physicorꝫ nõ pp aliaz cãz ponũt: intelligẽtie oẽs simplr immobiles. ⁊ oino per se: ⁊ p accns nisi quia non dant esse celo. ¶ Item Az. 4° physicorum textu cõmenti. 45. dicit aiam per accidẽs esse in loco ⁊ ex ꝓnti per accns erit mobilis: eo. n. mõ quo tribuit alicui motus ⁊ locꝰ. ¶ Itẽ nõ põt Auerroys negare motũ loca lẽ ab ea. Nã in primo instanti esse pueri est in toto corpore eius: ⁊ immediate ante illud non fuit: ⁊ hoc nõ potest eẽ nisi per motũ vel subitam mutationem: que sine motu eẽ nõ põt: vt patet 6° physicorũm textu commenti. 31.

Quis itellect⁹ in habitu ⁊ speculatiu⁹ dicat

Qd aia det esse corpori arguitur

Tex. 2. 46.

so:ne quidem se esse sciet:ne moueri quidem se:ex quo il la rō nata est Platōis:q a Soc.est i phedrone explicata. ¶Idem in eodē. Nec me pudet vt istos fateri nescire qd̄ nesciam. Illud si vlla alia de re obscura affirmare possem siue aia siue ignis sit animus eū iuentem esse diuinum. ¶Idem de senectute. Nā dum sumus in his inclusi cōpagibus corporeis munere quodam necessitatis ⁊ graui opere pfungimur. Est enim animus celestis ex altissimo domicilio depressus ⁊ quasi demersus in terram:locum diuine nature eternitatiq; ꝓtrarium. Sed credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana: vt essent qui terras tuerentur:quiq; celestium ordinem contēplātes imitarentur eum:vite modo atq; constātia. Nec me solum ratio atq; disputatio impulit:vt ita crederem:sed nobilitas etiam summorū phōrū ⁊ auctoritas audiebam Pythagoram pythagoricosq; incolas pene nostros qui essent italici phi quondam nominati:nunq̄ dubitasse: quin ex vniuersa mente diuina delibatos animos haberemus. Demonstrabatur mihi preterea quid Soc. suppremo vite die de imortalitate animorū diseruisset: is q esset sapientissimus oraculo apollinis iudicatus. Quid multa:sic mihi persuasi:sic sentio. cum tanta celeritas animorum sit tanta memoria preteritorū:futurorū prudētia: tot artes:tante scientie:tot inuenta:nō posse eam naturā: que res eas continet esse mortalē. Lūq; animus semper agitetur:nec principiū motus habeat quia ipse se mouet nec finem quidē habiturā esse motus:qui nunq̄ se ipse sit relicturus. Et cum simplex animi natura esset neq; haberet in se quicquā admixtum dispar sui atq; dissimile nō posse eū diuidi. A quo patet q miseria potius quā felicitas illa arabū ⁊ maxime Auerroys dici debet:quaz aut nullus hominum vnq̄ habuit:aut si habuit pusillo tēporis permāsit. Et si iste due opiniones vltime Platonis ⁊ Ar.⁊ Auic. sint veritati ꝓpinquiores:tamē quelibet illarū multa ponit que etiā sunt contra veritatem. Unde credo q physice etiaz loquēdo ponendū sit:quod ponit fides de ipsa intellectiua anima:ꝓpterea q ꝑm ipsam apparentia saluant:ꝑm alios vero nō vniuersaliter vt videbit:si deo placuerit in argumentis que tangam cōtra eas. Sed qr iste opiniones in aliqb⁹ cōmunicāt nobiscum:ideo simul arguā cōtra eas:⁊ ꝓtra fidez soluēdo quedā ꝓtra eas:⁊ quedā nō:qr solui nō possunt:contra eas dico opi. Platonis ⁊ Ar. ꝑm q Aristoteli iponitur a grecis famosiorib⁹. Quecūq; vero adducent cōtra fidez soluemus clare:cū illa sint friuola:⁊ nullius valoris. His ergo opinionibus relictis:tanq̄ a veritate deuiantib⁹: Dico ꝑm sacrosanctaz ecclesiam romanam ⁊ veritatem. Quod intellectiua aia est forma sbalis corporis humani dans ei esse formaliter: ⁊ intrinsece a sublimi deo creata:⁊ in humano corpore ifusa multiplicataq; in ipsis ꝑm multitudinē eorū:⁊ in ipsis indiuiduata nō quidē habitudine ad corpora. Sed vt Auicē inquit:ex quibusdā proprietatibus quas cū nesciamus ꝓpriis nominib⁹ noiare:vocemus affectiones:quas Scotus heccheitates nominauit. Creata dico a deo:nō quidē ab eterno. Sed de nouo ⁊ infusa in corpore humano physico ⁊ organico ⁊ q in vno animato nō est nisi vna aia ⁊ in hoc conueniūt tria lumina religionis christiane. Albertus cum cognomēto magnus:diuus Thomas aquinates adducēs textum de ecclesiasticis dogmatib⁹. Qz in vno hoie nō pōt poni nisi vna anima:vt patet ab eo i prima parte.q.76. articulo 3°.⁊ subtilissimus doctor Joānes scotus. Et nō tamen credo hec oia dicta ex fide:sed physice dico omnia possunt probari:⁊ etiā cum Ar. pōt sic dici nō dicendo aliqd ꝓtra eius principia vt multi fideles ⁊ sancti viri tenent. ¶Quod hec sit intentio fidei patet ab Augustino super genesi. Deus inquit infundēdo creat ipsam intellectiuam animā:⁊ creando infundit:⁊ quantum hoc:⁊ multiplicationē earum:⁊ q sit forma substātialis dans esse:omnes sacri doctores sunt cōcordes. Unde in clemētina dicit. Quod si quis pertinaciter tenere presumpserit:q anima intellectiua nō sit forma sustantialis corporis humani tanq̄ hereticus censeatur. hoc idem Joannes gan. ad mentem aliquorū dicit in 3° de anima qōne qua queritur. Utrū anima sit forma corporis dans esse. Sed videtur q in hoie sunt plures anime. Nam cū homo generetur vere ⁊ ꝓprie:cum vere corrumpatur:quia naturale desideriū inest homini ad gīandū q non pōt ex toto frustari. generabit ergo hō hoiem nāliter iuxta illud secūdi physicorū sol ⁊ hō generāt hoiez tex. cōmē. 26. vnde somniauit Marsilius primo de gīatione ponens hois generationē esse miraculosam ⁊ similr nutricationem. Nam vt Augustin⁹ inquit:miraculum est aliquid insolitum:q preter spem ⁊ facultatem admirātis apparet:que diffinitio nutritioni nō competit. Non enim illa est insolita cuz q̄diu viuimus:tam diu nutriamur. Si ergo generat homo:⁊ corrūpit aliq̄ substātia:ibi gīatur ⁊ corrumpit:aut igit ꝑm essentiā:aut ꝑm esse:nō ꝑm eēntiam. ergo ꝑm esse:esse ergo eius generat:⁊ corrumpitur: tunc per expositionē sic hoc corrumpit. hoc est esse anime ergo esse aie corrumpit. ¶Item cū cuiuslibet nālis transmutationis tria sunt principia. materia forma ⁊ priuatio ergo ⁊ istius. Sed terminus formalis gīationis capit esse p generationē ergo aia generaret ibi itellectiua. s. nō ponendo talē formaz qd̄ est impossibile. ¶Itez quomodo est possibile q duarū pductionum spē distinctarū idez sit formalis terminus cum productiones oēs ex terminis distent physicorū. 5°. tex. cōmēti. 31. Apud recte philosophātes cum terminus formalis generet terminative generabit. ergo aia. Sed ponentes istam formā dicūt q illa generat:⁊ corrumpit nō terminative sed completive tertia entitas. ¶Item in omni animato generabili ⁊ corruptibili oportet esse aliquā animā generabilē ⁊ corruptibilē homo est huiusmodi: vt patet 2° physicorū tex. cōmenti. 26. ergo ⁊c. maior patet qr in omni tali oportet esse animatū generabile ⁊ corruptibile. Sed generatio ⁊ corruptio terminantur ad esse 5° physicorū tex. cōmenti. 7. Non potest aūt tale esse generari vel corrūpi. nō genita vel corrupta forma que necessario est terminus formalis transmutationis:o bene. ¶Quod autem creatio tēporalis sit possibilis cōsentaneaq; dictis Aristotelis rationibus euidētibus declaro ⁊ primo sic. Maz ex sentētia philosophi 2° metaphysice tex. cōmenti. 5. Habetur q est deuenire ad vnam causam efficientē omniū aliorū a se:que est deus gloriosus. hoc idem patet ab eo. 12. metaphysice tex. cōmenti. 38. a deo qui prima causa est dependet celuz ⁊ tota natura. Hoc idem patet primo celi vt supra est adductum. q ipse pduxit celum ⁊ vniuersum totū. Tūc sic tale agens cum sit indepēdenter agens aliter nō esset primum agens simpliciter:aget ergo nullo presupposito ergo creabit. ¶Sed q de nouo pbatur. Nam cum pduxerit celum in quo maxima est diuersitas partium:non igit aget ꝑm suam essentiam ⁊ necessario:sed ꝑm electionem ⁊ idealem rōnem libere ⁊ contingēter. potuit ergo nō creasse ab eterno:sed de nouo incipere creare. Qz aūt nō necessario agat ad extra subtiliter pbatur a doctore subtili primo sententiarū distin. 8ª vide ibi. Sed cuz hoc supletur:qr si ꝑm suam essentiaz ageret ⁊ necessario. tātuz vnum ageret:quia idem inquantū idem nō facit nisi idē vt 2° perigenesis patet tex. cōmenti. 55. Et sic talis diuersitas celi non fieret ab eo. ¶Item arguit hoc auctoritate Aristotelis primo de anima tex. cōmenti. 65. dicentis intellectum

Probatur possibilitas creationis de nouo

tellectum innasci substantiam quandaz existentem ⁊ nõ corrumpi. Hoc idem patet inde proprietatibus elementorum vt inquit. Relinquit ergo intellectum solum de foris euenire iussu creatoris dei. Hoc idem patet 3° de anima ab Auerroi textu cõmenti. 5. dicẽte intellectum ⁊ alias virtutes anime esse res factas a motore extrinseco: vt est famosum ex opinione Aristote. ⁊ omniũ peripateticorꝝ ⁊ hoc est q̃ Aristoteles dicit. 16. de animalib⁹. relinquit igitur solam mentem extrinsecus euenire. Q̃ nõ ita intelligendũ est. Q̃ diuinus intellectus causet eam extra corpus. Sed q̃ educit eam de luce sua ⁊ nõ de aliquo materialiũ principiorꝝ. Itẽ 12. metaphysice textu cõmenti. 16. ponens Arꝝ. differẽtiam inter causas mouentes ⁊ formales. dicit q̃ mouẽtes cause precedunt effectuz: formales vero simul sunt cum eo: inquit enim sic. Mouẽtes quidem igit̃ cause velut prius facte existẽtes. Que autem vt ratio simul. Quando enim sanatur homo: tunc etiam sanitas est: ⁊ figura eree sphere. simul ⁊ erea phera. Itẽ si non inciperet cum corpore esset ꝓpterea: q̃ omne corruptibile ingenitũ ⁊ ecõuerso. vt supra latissime diximus. Sed probo hoc ee̅ falsum. naz potẽtia respectiua precedẽs formam generatã est eterna a parte ante. ⁊ non a parte post. Item vt 8° de phisico auditu colligit: motor nõ est ante mobilis: ergo icipiẽte mobili ee̅ ⁊ motor sicut est anima ⁊c. ¶ Sed contra positionem Platonis ⁊ Aristotelis vt dixi ad mentem aliquorꝝ arguit Albertus cognomẽto magnus aliquib⁹ rationibus primo sic. Absurdum videt q̃ aia vna de corpore in corpus transferat. q̃ vna forma non põt habere nisi vnum: ⁊ ꝓprium susceptiuũ. Ad hoc respondeo esse Platoni sic necessariũ dicere. Nam vt dixi: anima corpori vnita. si bene beateqz vixerit separata redire ad cõtubernium stelle. Si vero male transmitti ad aliud corpus quoad purget. q̃ etiam incõueniens esset: cuz partes materiales fluant ⁊ refluant totam materiã nũc informatã ab vna forma deflui: ⁊ aliam informare. ¶ Itẽ 2° arguit ipse sic: q̃ ꝑm istam positionẽ numerus animarum semp esset equalis numero corporum. ⁊ tunc nõ posset vnus homo generari quin alius corrumperetur. ¶ Ad hoc respõdeo deuz vt dixi: ab eterno produxisse numerum animarũ maiorem numero corporum humanorꝝ. ita q̃ numerus animarꝝ semper excedit numeruz corporꝝ. Si quis autẽ teneret ad mentem tum Arꝝ. tum Platonis ꝑm expositores ꝑdictos. Nõ q̃ asseram hoc ego ad mentem eius. s. Arꝝ. vt dixi determinando. q. ꝑm sanctam romanã ecclesiam ⁊ veritatẽ esse infinitũ numerum animarꝝ actu tenendo mundi eternitatem sicut ipsi tenent nullũ reputarez inconueniens apud ipsos: sicut inquit Algazel in metaphysica sua nõ inconuenire in talibus nõ habẽtibus essentialẽ ordinẽ processuz in infinitũ. ¶ Sed cõtra omne habens multitudinem ⁊ numerũ potest esse actu numeratum. Infinitum nõ potest esse actu numeratũ. ergo infinitũ nõ habet multitudinem neqz numeruz: tenet cõsequẽtia cum Arꝝ. 3° physicorum: q̃ maior ⁊ minor tractatu de infinito tex. cõmẽ. 41. ¶ Respondeo q̃ maior debet intelligi de habentibus multitudinez quantorum per se: ⁊ seorsum existentiũ. Sed de multiplicitate indiuidualiũ inexistentium vt sunt pũcta nõ oportet: neqz separatorꝝ vt de animabus cõtingit intellectiuis i die passionis domini iesu christi cuius gratia ⁊ intacte genitricis eius virginis marie: hec solutio mihi est data. ¶ Et si arguas q̃ in spẽb⁹ numerorum erit ꝓcessus in infinitũ ⁊ eẽntialiter ordinatis. ¶ Respõdeo q̃ nõ inquit in spẽbus nõ facientib⁹ ad perfectionez vniuersi qualis est nũs: neqz ille species sunt essentialiter ordinate: q̃ maior numerus. a. non dependet formaliter quantũ ad eius vnitatem: que in specie reponitur lz quantũ ad vnitatem materialẽ dependeat. ¶ Tertio arguit̃ contra istam opinionẽ. Naz si ingrederet̃ anima corpus ⁊ iterũ egrederet̃. tunc anima eẽt per se mobilis. Ad hoc inuenio: vt Simplici⁹ refert 6° physicorꝝ tex. cõmenti. 32. quosdaz Platonicos ad motus animarꝝ vti vehiculis quibusdã corporeis ethereis: ⁊ eternis: cõtra quos arguit. Nam cum anima sit tota in toto: ⁊ tota in qualibet parte vehiculum illud etiã sic se haberet q̃ sine corporꝝ penetratione fieri nequit: ideo inquit ipse: q̃ separari animam a corpore nihil aliud est: q̃z definere ipsum illustrare ꝑpter sui. s. corporis indispositionez. ¶ Verũtamen q̃ vt Macrobius refert. Plato voluit a celo mitti aias in terrena corpora. ⁊ iteruz ab eis ad celestia migrare ideo aliter respondeo dicendo sicut doctor subtilis dicit 2° sententiarꝝ: q̃ anima potest per se moueri: ⁊ successiue: que successio attendit̃ solum ex spacij diuisibilitate: ⁊ nõ mobilis. Aliter põt dici q̃ aliter cõsideratur successio: ⁊ velocitas i motu naturali: ⁊ aliter in motu animali. Nam in nãli attenditur penes ꝓportionem geometricam potẽtie mouentis ad suam resistentiaz: in motu vero animali penes aptitudinẽ seu inclinationem ꝑm eius appetitum ad tm̃: vel tm̃ moueri: vnde in ꝓposito intellectiua anima de celo in terraz mouetur motu successiuo: ⁊ sic veloci: q̃ sic appetit moueri. ¶ Item si dij incorporant animas vt dixit Plato. Sequit̃ maliuolos ⁊ insipientes esse oẽs celestes deos in talia corpora mittẽtes similes sibi intellectuales animas: in quibus ꝓpter maximos labores vix possunt nunq̃z attingere contuitũ pulchritudinis: quã habẽt in se ipsis. ¶ Ad hoc respondeo: ⁊ sil̃r ad rõnes: quas videt̃ inuere Arꝝ. contra preceptorẽ primo de anima tex. cõmen. 38. vsqz ad quadragesimum 2m. Et dico q̃ non maliuoli imo benefici ⁊ liberalissimi sunt dij cõmunicantes humanis corporibus animas pro cõseruatione nobilissime speciei generabilium ⁊ corruptibilium humane. s. vnde vnio anime ad corpus est naturalis ꝑm quid ꝓpter finem taz dictũ. Separatio vero eius est ei simpliciter nãlis: q̃ illa summũ eius bonum attingit. ⁊ sic patet q̃ licet sit difficile: vt Arꝝ. ingt discernere inter naturales motus aie: ⁊ violentos: nõ tm̃ impossibile: vt visum est: ⁊ hoc dico ad mentẽ Platonis: quid autẽ sit dicendum ꝑm fidez infra dicetur. ¶ Ad illud etiaz q̃ Arꝝ. adducit q̃ videtur possibilis resurrectio mortuorꝝ: dico q̃ Arꝝ. arguit sic: q̃ videtur apparenter. s. ⁊ aliquibus ex hac positione mortua resurgere. Tamen ꝑm Platonem hoc nõ videtur q̃ ⁊ si redeat anima intellectiua: sensitiua tamen cogitatiua dicta minime redire põt ꝑm ipsum. ¶ Ad illud etiam q̃ adducit. q̃ si moueretur aliqua spede mot⁹ ⁊c. Respondeo: vt Simplicius refert. 6° physicorum auctoritate Theophrasti ⁊ discipuli Theophrasti q̃ inter optimos peripateticos est annumeratus. Strato Lampsacenus hoc idem dicit: q̃ Arꝝ. vtitur ratione ad nomen contra Platonem. Nam reprehendit nomen motus corporalis qõ primo significat per motũ de quo Plato nõ intellexit: sed cepit motum pro anime operatione ⁊ sic cum Plato dixit cum suo discipulo Xenocrate q̃ anima est numerus se ipsum mouẽs accepit motum istomodo q̃ etiã Arꝝ. aliquãdo facit. vt patet 2° huius tex. cõmẽti. 100. phãtasia est motus factus a sensu ⁊ in 3° textu cõmẽti. 2. intelligere consistit in quodã moueri ⁊ pati. Et sic patet q̃ in re nõ discordant prece

Cõtra platonis placitum

De motu aie locali cũ separatur a corpe

Cõcordia aristotelis ⁊ platonis

Dilutio rōnū phantiū aiaz nō multiplicari.

ptor z discipulus fm q multis videt: sed in nomine tantum. ¶ Sed diceret iunior: male ergo reprehendit Az. Platonem. Respōdeo negando consequentiam. Nā illud fecit Az. ne homines decipiantur credentes cum audiunt nomē absolute, platum illud suppone re pro suo famosiori significato. ¶ Ad rōnes vero quibus improbatur multitudo animarum respondetur: Ad primam Scoticam nature indiuiduali non repugnat infinitas: dico q verum est de generabili z corruptibili: sed non de incorruptibili qualis est in proposito. ¶ Ad aliā cū dicit q non est multitudo nisi p imperfectionem: dico q falsum est. Nā vt dixi est talis multiplicatio animarum: propter multiplicationem hominum z conseruationem eorum: z humane nature vt dixi. ¶ Ad alia dico q per materiam Aristote. intellexit heccheitatem quare non procedunt. vel dicatur multitudinē esse per materiam antecedentem z dispositiue iuxta illud cōmentatoris septimo metaphysice cōmento. 28. ¶ Ad dictum vero Themistij plotini z aliorum dico q ipse Themistius argumētando illud ponit: sed postea determinando: vt dixi assimilat ipsum intellectū lumini fm Aristote. ¶ Ad alia vo vnde fascinatiōes z alia: z dico hoc prouenire: qz ille anime de consimilibus experientiam habuerūt z ab eterno cōsimilibus habitibus predite fm platonem: dico. ¶ Ad obiecta vo Auerroys q esset transmutatū sine transmutatione: aut transmutatio in priuatione dico ipsum non habuisse intellectū creationis. Nam creatio non est mutatio: sed abstrahit a mutatione: cū mutatio requirat subiectū: sed bene est productio que cōmunior est mutatione. ¶ Ad aliud eiusdem cuz querit de potentia illa creature anteqz fiat: dico q illa est fm rationem tantuz. ¶ Ad aliud autem acceptum ex communi cōfessione philosophorum q ex nihilo nihil fit: dico q verum est fm mutationem: aut phisicā transmutationem sed bene per creationem. ¶ Ad id vero q primo adducebatur: ab Aristote. q ipsa est ingenita z icorruptibilis ergo sempiterna. ¶ Nūdeo q cōsequens: z consequentiam concederet tum plato. tū Aristote. Sed fm christianam fidem z etiam fm Aristote. apud multos respondetur q bene sciebat Aristote argumentum non demōstrare: sed oportet sic arguere: est ens ingenitū z icorruptibile z iproductū ergo sempiternuz. Sed tunc consequentia bene erit bona: sed antecedens est falsum apud fideles. Illud etiā argumentuz platonis non procedit: q probat ab eterno productas fuisse animas. Nam vt supradictuz est deus agit ad extra contingenter: z libere. ¶ Neqz etiā dicta Auerroys: vt multi credunt: obstant dictis platonis: z Aristote. tenentium productionem eternalez animarum: cum dicit contra Auicen. 12. metaphysice textu cōmenti. 44. q illic non est prouentus: neqz consecutio. Nam iste sunt dispositiones agentium in perficie tenus non vere. ¶ Nūdeo q benedicit cōmentator q ibi non est transmutatio proprie. Naz vt ipse in eodem inquit: agens verum apud Aristote. est q educit illud q est in potentia in actum: sed q nulla sit ibi productio, hoc nō negat: vt patet primo celi textu cōmenti. 105. ¶ Multa alia argumenta consimilia possent adduci: que omnia consimilē habent solutionez. A quo patet error Gregorij Niceni credentis omne de nouo productū corruptibile esse; sed tantū illud habet veritatem de his que physica generatione producuntur. ¶ Dimissis communibus rationibus Joannis gan. quarum solutiones claras z bonas habes a preceptore nostro Gaietano Thienensi vincētie oriū do. vnam tangam non tactam ab eo: quā indissolubilem Joānes Gan. putat. que talis est. Omnis forma que recipitur in aliquo recepto in corpore recipit in corpore per se aut per accidens: quā sic deducit. Ego nescio inquit Joannes: videre q color recipiatur in superficie recepta in corpore. z tamen ipse nō recipiat in corpore. z sic de alijs: sed ipsum intelligere recipitur in intellectiua anima recepta in corpore. ergo ipsuz recipere in corpore per se aut per accidens z ita intelligere esset sicut sentire q est grauissimum incōueniens: z contra omnem philosophiā. ¶ Ad hoc fm platonez facilis esset responsio. Nam ipse non ponit receptionem specierum de nouo fieri: sed ipsas ponit cōcreatas ipsi anime. secundum vero fidem z vitatem dicit q maior habet veritatem si illud in quo recipit sit forma materialis z educta de potentia materie: si aūt sit imaterialis a sublimi deo imediate creata: illa potest recipere vniuersaliter: z abstracte. Quāuis enim species ipsa recepta sit singularis in essendo: tamē est vniuersalis in representando: z si queratur: vt querit Albertus a quo habet tale esse vniuersale: dico q hz ab intellectu agente effectiue qui virtualiter est vniuersalis: z a possibili intellectu: z substantia anime subiectiue: que tale esse potest conferre, ppter ipsam esse substantiam penitus a materia denudatam mediā inter celestes formas: z materiales: vt plato dixit. tale eē vniuersale est esse separatum a materia z appenditys eiꝰ: vnde species intelligibilis talem habet separationem existens quo intelligitur vniuersale sic separatum: O bene. ¶ Vel dicamus vt Albertus cognomento magnus in suo de itellectu z itelligibili dicit capitulo 9° tractatus primi q cum Aristoteles tertio huius assimilet intellectū luci sicut ergo lux solis vt est in sole est vna numero: vt autem emanat ab ipso est vniuersaliter illuminatiua omniū diaphanorum tam peruiorum que fecit lucida qz non peruiorū que fecit colorata: z hoc modo considerata multa agit z facit: sic intellectus put est aliquid nō anime est indiuiduus: put autem emittit actiones intelligendi est in virtute vniuersali: z sic recipit vniuersalia: que nō sunt in eo sicut accidens in subiecto neqz sicut forma in materia: z ideo per ipsum noni diuiduantur: est ergo virtute vniuersalis: virtus anime que imago dei est creata in oriçōte eternitatis z temporis: z in vmbra intelligentie vt dixit ysach. non mirum ergo q tale esse vniuersale cōferat q alie forme materiales cōferre non valet. ¶ Et si queratur a quo habet potentia illud esse abstractuz non receptum in materia. Respondeo a deo glorioso cuius est imago: z quando dicitur idē est producens animaz intellectiuam z suas potentias. Respōdeo q bene est idē re. multiplex autē virtute. Cui sint gratie infinite z eius genitrici in tacte marie de tā subtili ratione. Ex his clare patet q quāuis diuus plato ppinquus fuit videre, verum: tamen in rei veritate nō vidit veritatem in hoc complete: sed soluz fideles christiani lumine fidei illuminati veritatez attigere complete. z soli cōplete satisfaciunt omnibus quesitis in his difficultatibus. ¶ Unde contra platonem arguo primo sic: aut numerus animarū est equalis numero corpoz humanorum aut minor: aut maior a sufficiente diuisione: non minor quia tunc essent humana corpora sine anima z sic frustra: non equalis: quia tūc esset necesse vt vno homine genito alius corrumperetur. Neqz sufficit responsio supra data. Nam pono tot corpoz generari humana: quot sunt ille anime excedentes corpora z tunc numerus animarū erit equalis numero

Ratio quam credidit Joānes gandanēsis i solubilez.

Solutio superioris rationis

lis numero corporum: q̃ redargue vt supra. Item rationabile est quálibet formã susceptibilez proprium habere susceptiuum. Sicut enim diuersa instrumenta sunt propter diuersas artes: ita diuersa corpora humana propter diuersas animas intellectiuas. Et sicut vna ars non vtitur instrumento alterius: ita neqz vna anima organo alterius. Naz si alio vteretur simile eẽt vt dicit Aristote. textu commenti. 53. primi de anima. Sicut si aliquis dicat tectonicam in fistulis ingredi: ⁊ subdit philosophus. Oportet quidem artez vti organis: animam autez corpore. Videtur eni vnũquodqz propriam habere speciem ⁊ formam. Si quis vero p resolutionem ad imediata: ⁊ per diuisionem ad minima argumẽtationes contra Auerroym in hoc quinto philosophice discipline deprauatorem videre desiderat: videat opus contra ipsum reuerendi, sacre pagine magistri Antonij Trombette philosophi integerrimi ⁊ Theologi excellentissimi. prouintie sancti Antonij Patauini Ministri meritissimi. Nam frustra visum est mihi tãgere que ab eo mihi amicissimo sunt optime declarata. ¶ De felicitate aũt anime post mortem quid sacri fideles teneant: clarum est ex sacris doctoribus in 4° sententiaz: vide ibi: Platonici vero ⁊ si non in toto satisfecerunt: fuerunt tamen propinqui aliquantulum videre veritatem. Omnia ergo attributa anime intellectiue a fidelibus doctoribus verissima dico esse simpliciter ⁊ omnino: ⁊ dictis Aristotelis minime repugnare. Si quid vero propter tenuitatem ingenioli mei dixerim contra fidem catholicaz: subijcio me correptioni sacrosancte ecclie romane.

¶ Et sic est finis huius nobilissime questionis p me Nicoletum Verniam theatinum Liuem Vincentinum: Ordinarie philosophiam ad primam sedem legentem fine concurrente in almo studio Patauino In villa agri vincentini: Colzade dicta: non obstante opthalmia: q̃ me tunc molestabat. 1492. 18. septemb.

¶ Ego frater Antonius Trombetta ordinis Minorum ⁊ sacre Theologie professor immeritus Minister prouintie sancti Antonij Ad lecturam metaphysice in celeberrimo gymnasio Patauino deputatus vidi ⁊ accuratissime lustraui totum hoc opus suprascriptum de intellectu humano editum ab excellentissimo philosophorum domino Magistro Nicoleto Theatino in quo approbo ⁊ attestor quicquid in ipso continet de Aristo. intentione fidei catholice maxime conducere: ⁊ veritati quam profitetur sancta romana ecclesia integerrime consentire: pro quo gratie imortales sibi debentur nec minus premia que huiusmodi viris ornatissimis ellargiri consueuere. Padue Die. 20. Julij. 1499.

¶ Ego magister Vincentius Merlinus Venetus ad lecturam metaphysice in almo studio Patauino deputatus. Rogatus ab excellentissimo artium ⁊ Medicine doctore Domino Magistro Nicoleto Theatino: vt viderem cum diligentia hunc suum tractatum de vnitate intellectus ⁊ bene examinarem si aliquid esset ibi scriptum contra sacrosanctam romanam ecclesiã: examinato igitur tractatu cum omni diligentia. Dico nihil ibi esse contra sacrosanctam ecclesiam romanaz imo ipsuz aperuisse multa que alij non fecerunt: ⁊ icõfussionez Auerroys: ⁊ pro sacra sancta nostra romana ecclesia. Die. 13. Julij. 1499.

¶ Ego magister Maurinus Hibernicus ordinis Minorum: Ad lecturam Theologie: in almo studio Pauino deputatus. Rogatus a presato excellẽtissimo artium ⁊ Medicine doctore Dño Nicoleto Theatino ad vnguem vidi ⁊ examinaui suprascriptam nobilissimam questionem de imortalitate ⁊ pluralitate animarum contra Auerroistas. Et nihil nisi consonũ sacre scripture ⁊ sacrosancte romane ecclesie atqz catholicis doctoribus de mente ipsius determinatum reperi. Unde cum summo premio ⁊ lauriola vtriusqz Jerarchie militantis videlicet atqz triumphantis exaltandus fore censeo. Maxime cum ad modum golie Auerroym christi nominis inimicum gladium quo iuguletur ad cortumẽ deferentem penitus extinxit. Padue die. 15. Julij. 1499.

¶ Vincentius Tuscus Lesenas philosophorz minimus. Nicoleto Verniati Theatino Liui vincentino Maximo peripatetico. S. P. D.

Si domitis gallis: parto quoqz marte tropheo
Lesaris in medio fulsit imago foro.
Roma triumphales traxit per compita currus:
Dum redeunt magni signa verenda ducis.
Si curij risere patres catilina iaceret:
Dum ferus in nuda sanguinolentus humo.
Deniqz cesareum si iam edit amphiteatrum
Romulea quisquis nomen ab vrbe trahit.
Quis tibi: fabritio maior nicolete: colossus
Surget: ⁊ ethereum phama iuuabit opus.
Fortia non phrygijs superasti castra maniplis
Cum rueret latia gallus ab alpe furens.
Sed maiora pio moliris pectore: Nam tu
Horrida tartareo cum duce bella geris.
Lurrida decretis spargens aconita proteruis
Auerroes. generi perniciosa pio
Unicus humanos quod spiritus adiuuet artus
Dixit: ⁊ aduerso protulit ista deo.
Dumqz herebi magnos hominũ pars magna penates
Intrat: ⁊ ob mentis nubila sepe ruit.
Occurris nicolete sacro demissus olimpo:
Qui trahis in claram pectora ceca diem
Luiqz suos tribuis manes: ratione probasqz
Uictima que superis gratior esse potest:
Tu reseras celi postes: claudisqz baratrum:
Qz sacrum est turpi non finis esse situ.
Non igitur tanto dabitur pro munere laurus:
Nec tua tarpeo splendeat vrna iugo.
Asta decent homines: cum scis secreta deorum
Pandere: qui superis sit tibi talis honos.
Et tibi constituant gymnasia queqz sacellum:
Ac micet ardenti lampade sepe dies:
Adsit ⁊ hoc carmen: constructa est ara sophorum
Pro duce: qui sacro munere vera refert.

Finis.

Questio

Nicoleti theatini in celeberrimo studio Patauino ordinariam philosophie legentis questio de grauibus et leuibus ad integerrimum philosophum et medicorum principē Gerardum bolderium Veronensem.

Questio est an ḡuia et leuia inaiata postq̄ fūt generata remoto prohibente a seipsis: vel ab alio localiter moueātur. Hec q̄ inter omnes physicas questiones grauissima ē: ōclarat hec diuersitas opinantiuz in ea: inuenio enim in ea grecos et arabes et latinorum philosophorum precipuos inter se plurimū discrepātes. ¶ In ista q̄one talē ordinem seruabo: primo enim opiniones ab Ar. vt puto deuiātes cum suis fundamentis recitabo: easq̄ improbabo. 2° opinionem Auer. quaz puto esse Aristo. declarabo. et ad argumenta que contra eaz sunt respondebo.

Opinio platonis. Quantū ad p^m^ inuenio iter grecos diuinū Platonez voluisse: aiam mūdi anias animalium saltē rationales et elementa a seipsis moueri. et in istis idē vno et eodē modo eē mouens et motum asseruit hoc qd dixit de anima mundi ponit cōmentator 8° physico. cōmēto. 40. dicēs. et error ptingit platoni ex hoc qr opinabat q primus motor in corpore qd mouetur ex se nō est corpus. et ē vera opinio. et opinatus est cū hoc q omnis motor siue fuerit corp^s^ siue nō: nō mouet nisi moueat vno modo mot^s^ dicto vniuoce. cum ergo omnis motor in corpore moueat a seipso primus motor mouebit seipsum hic aūt est mundi anima. hoc idem inquit Albertus octauo physicorū. tractatu 3° capitu. 10. Unde inquit q plato posuit mundi aiam seipsam mouere: qd posuit de animabus colligit a philosopho et cōmēratore p^m^o de anima textu cōmēti. 22. vnde inquit ibi phus. et assimilātur istis dicentes q aia est aliqd mouens se. et cōmēta tor inquit qd innuit platonē. hoc idē ponit cōmētator septimo physicorū cōmento. 2°. d. et similiter in anima quā plato posuit mouere se. hoc q ponit de elemētis colligit a cōmētatore 3° celi cōmento. 28. in quo etiam expresse ponit cōmentator hoc q plato dicit de p^m^o motore: vnde ponit cōmentator hec verba formaliter in cōmento allegato. et hoc est vnū eorū ex quib^s^ plato existimat q necesse est vt p^m^us motor moueat se essentialiter. s. ex hoc q videt in lapide: q motor i eo fit motum: sed ḡ idē fit motor in eo cū moto tū nō eodē modo vt plato existimat sed diuersimode scōz q apparet ex p^m^a demōstratiōe i p^m^o septimi physicorū. ¶ Innitebat aūt plato vni rōni que talis est: nihil pōt alteri dare motū qd in se nō hz motū: qr nemo dat q nō hz: cuz ergo quodlibet istorū mouet: habebit motum in se et a se. et qr aia rōnalis mouet: ḡ seipsaz mouet: iō cōclusit plato in phedone q ipsa eēt imortalis ex quo eni seipsaz mouet nō deficit sibi: neq̄ in suo motu ēre sistentia neq̄ distantia: qr nihil sibi resistit: aut a seipso distat. sequit q ipsa semp se mouebit: erit ḡ motus perpetui: et per ꝓns ipsa erit eterna: cui sniē Almeon ꝓsentiens: vt dixit Ar. p̄ de aia tex. cōmēti. 81. dixit aiaz immortalē esse et de nā celi eo q semp moueret sic et ipm.

Platōis rō.

¶ Huic pōni ꝓdicit phus in p̄ de aia: et 8° physicorū. vbi pbans imobilitatē motoris p^m^i pbat q nihil potest seipsuz mouere saltē vno et eodē mō vt plato posuit: qr tunc idē esset in actu et in po^a^. ¶ Et ꝓdicit sibi 7° phycorū i p^n^o vbi pbat q oē q mouet mouet ab alio. ¶ Contradicit ēt ei in 4° celi textu cōmenti. 22. vbi inquit Cōmētator ista v̄ba: et per oia illa nō intēdit nisi ad ꝓdicendū platoni in eo q opinabat q q̄daz entia mouent se ita q motor est idem cū moto hz substātiā. lapis aūt ē vnū eorū que extimant eē talia. hec cōmēta. Unde si hec opinio eēt vera rueret tota doctrina Ar.

Contra platonem.

¶ Argumentū aūt eius et ꝓsimilia facillime soluūtur verū eniz est q nemo dat q nō hz aut virtualiter aut formaliter: sol eni pducit calorē et tū non habet eum nisi virtualiter et ita est de primo motore et alijs sil^b^ ꝛc.

Solutio rationis Pla.

¶ Inter arabes inuenio subtilissimuz Auēpache de quo Cōmētatore 4° physicorū tractatu de vacuo tex. cōmēti 7 inqt, et nullus ante eū potuit pueire ad has q̄ones: et ideo ipse pfundus fuit super alios: et in 3° de aia in cōmento 36 vbi de cōtinuatione itellect^s^ agentis cum possibili loquit: et verbū Auempache in hoc est firmius alior: voluisse q forma elemēti p^m^o mouet materiā vt. s. stat sub q̄tītate vt exponit san. Thomas. et ideo dicit q elementa ex se mouent in vacuo: quam opinionē defendit san. Thomas ꝓtra Cōmentatorem in tractatu de vacuo: colligit illa opinio tractatu de vacuo cōmenti allegati. ¶ Item 4° celi cōmēti. 22. vbi dicit cōmentator illa v̄ba: si vacuū eēt nō esset possibile vt mouerentur econtrario illi q putat a quibusdā. s. q citius mouerent in vacuo qr assimilauerunt ea eis que per se mouent essentialiter. s. aialibus.

Opinio Auēpache.

¶ Sed ꝓ qr materia vt stat sub quātitate nō includit nisi corpus de predicamēto quantitatis: tale autez impossibile est moueri cū abstrahat a motu lz non a loco vt in tractatu de vacuo colligitur. alia argumenta que tangunt in tractatu de vacuo facētia pro ista opinione: et que etiam contra ipsam possem adducere: gratia breuitatis obmitto. ¶ Inter latinos v̄o inuenio Albertum voluisse qd grauia et leuia cū fuerint generata remoto ꝓhibēte moueant a seipsis per accidens diuidendo mediuz per se ad cuius motū ipsa mouent. ita q postq̄ sunt ḡnata nō exigit per se mouens in eorum motu naturali: sed bene in violento exigitur p^m^ eum et est aer per impetū receptuz a proiciente qui aer p^m^ eum in motu nāli est vehens tantū et nō mouēs: et q̄ tū ad violentū motū ꝓcordat cū Auer. vt in eius opinione patebit: sed discrepat ab eo in motu nāli: cum Egidio vero cōcordat in motu nāli: sed discrepat ab eo in violēto vt in sua positione patebit: et q hec fit intentio ei^s^ pz inspicienti capitulū 7^m^ ei^s^ in 3° celi tractatu primo vbi in fine capituli inquit q motus violēti sunt plures ad quos ēt aer pluribus modis deseruit: qr deseruit vt vehens et vt mouēs: et vt locus. ad motū aūt nālem nō deseruit nisi vno mō tm. s. vt vehēs illud q mouet p^m^ cuius inclinationē aer mouet ab eo qd nāliter tendit ad locū. ¶ Pro illa pōne arguit ficilla mouent ex se per accidēs que sunt in po^a^ accidētali ad motū: sed ista sunt hō ergo ꝛc. ꝓtia nota cum minori: et maior pz: qr potētie passiue accidētali correspondet po^a^ actiua accētalis. ¶ Pro ista etiā faciunt verba Auer. 4° celi cōmenti. 22. d. quando remouet ipetuz motus deorsum est in graui per accēs: qr mouet se pp motum quē facit in mediū dum graue in medio mouet sicut hō in naui. ¶ Itē 3° celi cōmento. 28. lapis sic diximus nō diuiditur in motorē et rem motam ita q vtrūq̄z eorū fit existens in actu. lapis enim non mouet essentialiter

Verificat p̄.

2°

3°

Cōtra Albertū instatur p̄.

essentialiter a se ꝯ q̄ lapis: tunc enim mouetur a p̄ncipio q̄ est in eo accidentaliter. ¶ Sed cōtra illā positionē arguit p̄mo sic: omne per se motū requirit per se mouēs sed grauia sunt huiusmodi: ergo ⁊c. tenet ꝓsequentia cū maiori q̄ potentie passiue per se corrūdet potētia actiua per se. 5° metaphysice capto de potestate: minor ꝓbatur. nā illa que nāliter ⁊ a principio ītrinseco mouent: sūt p se mota: vt patet. 8. physicorū textu cōmenti. 27. ¶ Scdo

2°

arguit sic medium per se mouet a graui tanq̄ a mouente extrinseco: sed omne mouēs extrinsecū p̄ius mouet q̄ mouēat vt colligit a pho ⁊ 8° ⁊ 7° physicorū. in hoc enī fundat ipse suam demonstrationē in ambobus locis p quā ꝓbat q̄ est deuenire ad p̄mū motū ex se. ¶ Et pōt hoc etiam sic declarari nā hec est differentia inter mouēs per se motū: ⁊ per accidēs motū: cuiusmodi est aīa ī aialibus. nam per accidēs motus p̄ius natura mouet q̄ moueat ⁊ pp̄ hoc p accidens inest sibi moueri: motū autem per se p̄ius natura mouet q̄ moueat. ergo graue p̄ius nāliter mouebitur: q̄ moueat aerē: ⁊ tunc quero de suo motore ⁊ oportebit necessario dicere q̄ est aer. vt īfra melius declarabitur: quare ⁊c. ¶ Ad suas rōnes patebit solutio ex his que tangentur. in opinione Cōmentatoris.

Opio diui thome.

¶ Post istū inter latinos inuenio gloriosum doctorem sanctū Thomā de aquino compatriotā nostrū qui voluit q̄ grauia ⁊ leuia a seipsis formaliter: effectiue autē a generante moueri: ⁊ q̄d non est necesse generās esse duū actu mouent: generans dico particulare: q̄ bene habent vniuersale q̄ p̄m gratiadeum sufficit vna cum graui ad mouendū graue deorsum. nō habet igit graue in seipso aliq̄d p̄ncipium actiuū sui motus: sed passiuū tantū. ⁊ hoc est q̄ ipse doctor dicit 8° physicorū. Cōcludit g̃ Arī. manifestū esse ex dictis q̄ nihil eorum scilicet grauiū ⁊ leuiū mouet se ipsum: sed tamē motus eorū est naturalis q̄ habent p̄ncipiū motus in seipsis: nō quidē actiuū: sed p̄ncipium passiuū q̄d est potentia ad talem actum. a quo patet mentem philosophi esse q̄ in eis non sit p̄ncipium actiuum. q̄d quidam dicunt esse necessarium ad hoc q̄ fit motus naturalis. sufficit enī ad hoc p̄ncipiū passiuū quod est potentia naturalis ad actum. hec san. Tho. ¶ Contra illam positionē arguitur p̄mo sic: p motum ipsa formaliter dicunt moueri nō ergo a se ipsis formaliter mouent. ¶ Secūdo sic effectus particularis ⁊ in actu requirit agens particulare ⁊ in actu: sed quando graue mouet est effectus ille vt motus ille in actu: g̃ ⁊c.

Contra diuū thomā arguit

¶ Si dicatur q̄ effectus in actu bene requirit causā in actu: sed non agentem sed materiale. ⁊ talis in ꝓposito ē graue. ¶ Sed contra quia Arī. 2° physicorū exemplificat de causa efficiente dicens vt hoc edificans simul est cum hoc edificato. ¶ Ītē motus est actus motiui ⁊ mobilis: requirit ergo mobile de necessitate. arguitur igitur sic. hoc mouetur: ergo ab aliquo mouente mouetur. ergo aliquod mouens ipsum mouet. ¶ Ītem mouens ⁊ motum sunt relatiua ⁊ mouens in actu refertur ad motum in actu: ⁊ mouens in potentia ad motum in potentia. motum ergo in actu exigit mouens in actu. ¶ Ītem ex quo successiuū consistit in continuo fieri vnius partis post aliam. de necessitate exigit agens a quo in fieri ⁊ conseruari dependet: ⁊ in hoc differt a permanēti: nā licet in fieri dependeat ab agente. nō autem in facto esse. ¶ Ītē motus est operatio quedam: sed operatio est actus secūdus: ⁊ actus secundus presupponit p̄mum. actus autem p̄mus est a quo prouenit operatio effectiue: hic ergo actus secundus de necessitate habebit agens q̄ ipsū actu producit. quare ⁊c. Auctoritas autem in qua fundatur: soluetur inferius ex declaratione opinionis Arīsto. ¶ Post eos inuenio Egidium de roma qui in motu

Rñsio pro thoma. Contra.

Cōfirmat primo.

2°

3°

Opinio. Egidij.

